rietem illuminatuz aut aliquid huiuſmodi· Sic
omnes ad quos venerat xp̄us· minus erant ido
nei eum videre· Radiauit iohannē· et ꝑ illū con
fitentem ſe illuminatū· cognitus eſt ille qui illu
minat· Dicit aūt venientem in hūc mūdum· Nam
ſi illinc non recederet· nō eſſet illuminandꝰ· ſed
ideo hic illuminandus· quia illinc receſſit· vbi
homo poterat eſſe illuminatus· Theo· Eru
beſcat manicheus q̄ conditoris maligni et tene
broſi nos aſſerit creaturas· Nō eñ illuminaremī
ſi veri luminis creature non eſſemus· Criſo·
Vbi ſūt etiā qui non dicūt euz veꝝ deū· Hic eñ
lux vera dicitur· Sed ſi illuminat omnē hominē
venientem in hūc mūdum· qualiter tot ſine lu
mine ꝑmanſerūt· Non eñ oms cognouerūt xp̄i
culturam· Illuminat igit̄ omnē hominē q̄tum
ad euz pertinet· Si autem quidam mentis ocu
los claudentes noluerūt recipere lucis huiꝰ radi
os· non a lucis natura obtenebratō eſt eis· ſed
a malicia eoꝝ q̄ voluntarie ꝑuant ſeipſos gra
cie dono· Nam gracia quidez ad omnes effuſa ē
Qui vero nolūt dono hoc frui ſibi ipſis hanc re
putare cecitatem· Augu· Vel ꝙ dicit̄· ꝙ illu
minat omnē hominē· ſic intelligimus· non quia
nullus eſt hominū qui non illuminet̄· ſꝫ quia ni
ſi ab ipſo nullus illuminat̄· Beda· Sine natu
rali ingenio ſine ſapiencia diuina· Sicut eñ ne
mo a ſeipſo eſſe· ſic etiam nemo a ſeipſo ſapiens
eſſe poteſt· vel aliter· Orige· in home· Non de
his qui de occultis ſeminū cauſis in ſpecies cor
poreas ꝓcedūt· debemus intelligere ꝙ illumi
nat hominē venientez in hunc mūdum· ſꝫ de his
qui ſpiritualiter ꝑ regeneratōnem gracie que
datur in baptiſmate in mūdum veniunt inuiſi
bilem· Eos itaqꝫ vera lux illuminat qui in mun
dum virtutū veniūt· non eos qui in mūdum vi
cioꝝ ruūt Theo· Vel aliter intellectus nobiſ
traditus ac nos dirigens qui et naturalis ratō

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nomīnat̄ · dicit̄ lux tradita nobiſ a deo · Sed quidam male racōne vtentes ſeipſos obſcurauerūt

**In mūdo erat · ⁊ mundus per ipm factus eſt ⁊ mundus eū non cognouit**

Augu · Lux que illūīat oēs hoīes veniētem i hunc mūdum venit p carnē quia dum hic eſſet p diuinitatē a ſtultis cecis et iniquis videri non poterat de quibus ſupra dictum eſt · Tenebre eā non cōphenderūt · et ideo dicit̄ · In mūdo erat  Origenes in ho · Vt eñ qui loquit̄ · dū loqui ceſſat vox ei⁹ eſſe deſinit · et euaneſcit · Sic celeſtis pater ſi verbū ſuū loqui ceſſauerit · effectus verbi hoc eſt vniuerſitas verbo cōdita non ſubſiſtet Non autē putes · quia ſic erat i mūdo · quomō i mundo eſt terra · pecora · ⁊ homīes · ſʒ q̄mō artifex regens quod fecit · Vnde ſequit̄ Et mūdus p ipſum factus eſt · Non eñ ſic fecit quomō fac faber · q̄ eñ fabricat · extrinſec⁹ eſt ad illud qđ fabricat Deus aūt infuſus mūdo fabricat vbiqʒ poſitus · et nō recedit ab aliquo p̄ſencia maieſtatis facit quod facit · ſic ergo erat in mūdo · quomodo p quē factus eſt mūdus · Criſo · Et iterū quia in mūdo erat · ſʒ non vt mūdi cōtemp̄aneus ꝓpter hoc induxit · Et mūdus p ipſū factus eſt · p hoc et rurſus te deducens ad eternā exiſtenciam vnigeniti · qui eñ audierit · q̄m opus ei⁹ eſt totum · ⁊ ſi valde inſēſibilis fuerit · cogetur concedere ante opa eſſe factorem · Theo · Simul autem hic ⁊ marcionis ſubuertit rabiem · q̄ malignū conditorem cūcta ꝓduxiſſe dicebat · Nec non ⁊ Arrij qui filium dei dicebat creaturam · Augu · Quid eſt aūt mūdus p ipſū factus · Celū terra · mare · ⁊ omnia que in eis ſūt · mūdus dicit̄ Iterū in alia ſignificatōne · dilectores mūdi mūdus dicunt̄ · de quo ſequit̄ · Et mūdus eū nō cognouit · Nō eñ celi aut angeli · aut ſidera · nō cognouerunt creatorē quē confitent̄ demonia oīa vndiqʒ teſtimoniū phibuerūt · Sed q̄ nō cognouerūt eum · qui amando mūdum dicti ſūt mund⁹ Amando eñ mundū habitamuſ corde in mundo Nam qui non diligūt mūdum · carne verſant̄ in mūdo · ſʒ corde inhabitāt celū · ſicut apoſtol⁹ dicit · Noſtra cōuerſatō in celis eſt · Amando igit̄ mūdum · hoc appellari meruerūt vbi habitabāt Quō eñ cū dicimus · mala eſt illa domus aut bona · non parietes incuſam⁹ · aut laudamus · ſʒ inhabitantes · Sic et mūdū dicimus · q̄ inhabitāt mūdum amādo  Criſo · Qui autē dei erant amici · eum cognouerūt · etiā ante corpa'em p̄ſenciā Vnde et xp̄us ait · Quoniā abraaʒ pater veſter exultauit vt videret diem meū · Cum ḡ nos īpellāt gentiles dicentes · Quid eſt q̄ in vltimo tempore venit noſtram opaturus ſalutem · tanto tempore negligens nos · dicimus quoniaʒ et ante hoc in mundo erat ⁊ ꝓuidebat operibus ſuis · ⁊ omnibus dignis cognitus erat · et ſi eum mūdus nō cognouit · hij tamen quibus mundus non erat dignus eum cognouerūt · Dicens autē Mundus eum nō cognouit · breuiter cauſā ignorancie p̄buit · Mundum eñ vocat homīes · qui ſoli mūdo affixi ſūt · et q̄ mūdi ſunt · ſapiūt · nihil autē ita turbat mentē · vt liq̄fieri amore p̄nciū

**In propria venit · et ſui eum non receperūt Quotquot autem receperunt eum · dedit eis poteſtatem filios dei fieri · his qui credunt in noīe eius · qui non ex ſanguinib⁹ neqʒ ex volūtate carnis neqʒ ex volūtate viri · ſed ex deo nati ſūt ·**

Criſo · Dixit q̄ mundus eum nō cognouit · de ſupioribus loquēs temporib⁹ ſed d̄ reliq̄ ſermōē induxit ad p̄dicatōnis tempora et ait · In ꝓpria venit · Augu · Quia ſcʒ oīa p ipſum facta ſūt · Theo · Vt p ꝓpria mūdum intelligas ſiue iudeaʒ quam ꝓ hereditate elegerat · Criſo · In ꝓpa ḡ venit non gracia ſue neceſſitatis · ſed gracia beneficij ſuorū · Sed vnde venit q̄ oīa implet ⁊ vbiqʒ adeſt · Ea quidem que ad nos deſcēſione hic opatus eſt · Quia eñ in mūdo exiſtens non putabat̄ adeſſe · eo q̄ nōdum cognoſcebat̄ dignatus eſt induere carnē · Manifeſtacōnē vero hāc et cōdeſcēſionē p̄ſentiā vocat · Miſericors autē exiſtēs deus · omnia fecit · vt nos ſcđm virtutem ſplendeamus · et ꝓpter hoc quidem nullū neceſſitate · ſuaſione vero et beneficijs volentes ad ſe attrahit · ⁊ ꝓpterea venientē eum hij quidem ſuſceperūt · alij vero nō receperūt · Nullū eñ vult inuitū neqʒ coactū habere famulatum · Inuitū eñ trahi par eſt cū eo qui totaliter non ſeruit · Vnde ſequit̄ · Et ſui eū non receperūt Iudeos nūc ſuos dicit · vt populū peculiarem · ſʒ ⁊ omnes homines vt ab ipſo factos · ⁊ ſicut ſuperius ꝓ cōmuni verecūdatus natura dicebat q̄m mundus p ipſū factus cōditorem nō cognouit · ita et hic rurſus ꝓ iudeorū anxius indeuocione · ḡuius ponit accuſatōnem dicens · et ſui eū non receperūt · Augu · Si autem omnino nullus recepit · nullus ergo ſaluus factus eſt · Nemo eñ ſaluus fiet · niſi qui criſtum recepit venientem · et ideo addit · Quotq̄t autē receperunt eum · Criſo · Siue ſint ſerui ſiue liberi ſiue greci ſiue barbari · ſiue inſipiētes ſiue ſapiētes · ſiue mulieres ſiue viri · ſiue pueri ſiue ſenes · oēs eoſdem digni facti ſūt honore de q̄ ſequit̄ · Dedit eis poteſtatem filios dei fieri · Am · Magna beniuolencia vnic⁹ nat⁹ eſt · ⁊ noluit manere vn⁹ nō timuit habere coheredes · q̄ hereditas ei⁹ nō fit anguſta · ſi multi poſſederint  Criſo · Nō autem dixit · q̄m fecit eos filios dei fieri · ſed dedit eis poteſtatē filios dei fieri · oñdēs eñ q̄m multo opus eſt ſtudio · vt eam que in baptiſmo adoptōnis formata eſt ymaginē incontāminatam ſemp cuſtodiamus · Simul autē ⁊ oſtendit q̄m poteſtatem hanc nullus nobis vel auferre poterit niſi noſipſi auferam⁹ · Si eñ qui ab hominibus dominiū aliquarū rerū ſuſcipiūt tantū habent robur · quantum fere hij qui dederunt multomagis nos q̄ a deo potimur hoc honore ·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Simul autem oſtendere vult qm̃ hec gracia ad=
uenit volentibus et ſtudentibus· Etenim in po=
teſtate ē liberi arbitrij et gracie opatõe filios
dei fieri· Theo· Vel qz in reſurrectõne filia=
cionem pfectiſſimã cõſequemur· ſcd̃m qd apo=
ſtolus dicit· Adoptõnem filioꝝ dei expectãtes
redemptõnem corporis noſtri· Dedit ergo po=
teſtatem filios dei fieri· id eſt hãc graciã in fu=
tura gr̃a cõſequendi· Criſo· Et qz in hiſ pfis
ineffabilibus bonis· hoc quidem eſt dei· ſcz da=
re graciam· illud vero hominis· id eſt pbere fidez
ſubiungit· his qui credũt in nomine eius· Quid
igit̃ non dicis nobis · o iohannes quod eoꝝ ſit
ſuppliciũ q̃ eum non receperũt· quia nunq̃ iſto
ſupplitõ fiet maius· qm̃ piacente eis poteſtate fi=
lios dei fieri· non fiant· ſed volentes ſeipſos tã=
to priuant honore· ſed etiã inextinguibilis eos
ſuſcipiet ignis· quod poſtea manifeſtius reue=
labit· Augu· Credentes ergo quia filij dei fi=
unt· et frates criſti vtiqz naſcuntur· Nam ſi non
naſcunt̃ filij quomõ eſſe poſſunt· Sed filij hoĩm
naſcunt̃ ex carne et ſanguine et ex volũtate viri
et complexu coniugij· Illi autem quomõ naſcã=
tur ſubdit· Qui non ex ſanguinibus tanq̃ mariſ
et femine· ſanguina vel ſanguines non eſt lati=
nũ· ſed quia grece poſitum eſt pluraliter· ma=
luit ille qui interptabat̃ ſic ponere· et quaſi mi=
nus latine loqui ſcd̃m gramaticos et tñ explica=
re veritatem ſcd̃m auditũ infirmoꝝ· Ex ſangui=
nibus enĩ maris et femine homines naſcuntur·
Beda· Sciendũ etiam eſt· quia in ſcripturis ſan=
ctis ſanguis cum dicit̃ pluraliter· peccatuz ſig=
nificare ſolet· Vnde· Libera me de ſanguinibus
Augu· In eo autẽ quod ſequit̃ Neqz ex volũta=
te carnis· neqz ex voluntate viri carnem p femi=
na poſuit· quia de coſta cum facta eſſet· adaz di=
xit· hoc nũc os de oſſibus meis· et caro de carne
mea· Ponitur ergo caro p vxore quomõ aliqñ
ſpiritus p marito· qz ille imperare debet· iſta
ſeruire· Quid enĩ peius eſt domo vbi femina ha=
bet imperiũ ſup viꝝ· Hij ergo neqz ex volũta=
te carnis· neqz ex volũtate viri ſz ex deo nati ſũt
Beda· Carnalis enĩ ſinguloꝝ generatõ a com=
plexu coniugij duxit originem· At vero ſpiritu=
alis· ſpũſſancti gracia miniſtrat̃· Criſo· Hoc
autem narrat euangeliſta· vt vilitatem et hu=
militatẽ pꝛoris partus qui eſt p ſanguinẽ et vo=
luntatem carnis addiſcentes· et altitudinẽ ſecũ=
di qui p graciã et nobilitatẽ eſt cognoſcentes
magnã quandam hic ſuſcipiamus intelligenciã
et dignaz deo ipſius q̃ genuit et multũ poſt hs
ſtudiũ demonſtremus. Augu· Cum dixiſſz
ex deo nati ſũt· qua=
ſi ne miraremur et
horreremus tantã
graciam a nobis in=
credibile videret̃·

## Et verbũ caro fcm̃ ē et habitauit ĩ nobis

quia homines ex deo nati ſunt· quaſi ſecuritatẽ
faciens ait· Et verbuz caro factum eſt· Quid g̃
miraris· quia homies ex deo naſcũtur· attende
ipſũ deũ ex hominibus natũ· Criſo· Vel alit̃
Cum dixiſſet qm̃ ex deo nati ſũt q̃ ſuſceperũt eũ
hui9 honoris poſuit cauſã· hoc ſcz verbũ fieri
carnem· factus eſt enĩ pprius filius dei· hominis
filius vt filios hoĩm faciat filioſ dei· Cum autẽ
audieris· qm̃ verbũ caro factũ eſt· ne turberis·
neqz enĩ ſubſtãciã cõuertit in carnẽ· hoc enĩ ve=
re impiũ eſt intelligere· ſz manens quod eſt ſer=
ui formã aſſumpſit· Quia enĩ ſunt qui dicũt· qm̃
fantaſmata quedam fuerit oĩa q̃ incarnatõnis
ſũt· eoꝝ blaſphemiã deſtruẽs hanc dictõnem
factum eſt poſuit· non tranſmutacõnem ſubſtã=
cie· ſed carnis vere aſſumptõnez repſentare vo=
lens· Si vero dixerint· qm̃ deus omnipotens ē
quare et in carnẽ tranſmutari non potuit· Dice=
mus q transmutari ab illa incõmutabili natura
omnino pcul eſt· Augu· xv· de trinita· Sicut
autem verbũ noſtrũ vox quodãmodo corporis
fit aſſumẽdo eã· in q̃ manifeſtat̃ ſenſibus hoĩm
ſic verbũ dei caro factũ eſt· aſſumendo eaz in q̃
et ipſum manifeſtaret̃ ſenſib9 hominũ· Et ſicut
verbum noſtrũ fit vox· nec mutat̃ in vocem· ita
verbũ dei caro quidem factũ eſt· ſz abſit vt mu=
taretur in carnẽ aſſumendo quippe illam· non in
eam ſe conſumendo et hs noſtruz vox fit· et illud
caro factũ eſt Ex geſtis concilij ephesini· Ser=
mo etiã quẽ pferimus quo in alterutris locutõ=
nibus vtimur· ſermo eſt incorporeus non aſpe=
ctui ſubiectus· non tactu tractabilis· ſz cũ ſer=
mo iduerit litteras et elemẽta viſibilis fit· aſpectu
comphendit̃· tactu tractat̃· ſic et verbum dei
quod naturaliter inuiſibile eſt viſibile fit· et qd
natura incorporeum eſt inuenit̃ eſſe tractabilẽ
Alchuin9· Cum etiã credamus aĩaz incorporeã
corpori cõiungi· vt ex hijs duobus fiat vn9 ho=
mo· facilius poſſumus credere diuinã ſubſtãci=
am incorporeã anime incorpore cõiũgi in vni=
onem pſone· ita vt verbũ in carnẽ nõ ſit ouerſũ
nec caro in verbũ· cum nec corpus in animã· nec
aĩa ouertat̃ in corpus Theo· Appolinari9 au=
tem laodicenſis· in hoc verbo hereſim ſtatuit·
dicebat enĩ q criſtus animã ratõnalem non ha=
buit· ſz tm̃ carnẽ habens· diuinitatẽ p anima q̃
corpus dirigit et gubernat· Augu· otra ſer·
Arrian· Si autem mouent̃ in eo quod ſcriptuz
eſt· q verbũ caro factũ eſt· nec ibi anima nomi=
natur· intelligãt carnẽ p homine poſitã· a pte
totũ figurate locutõnis modo· ſicuti eſt· Ad te
omnis caro veniet· Itẽ ex operibus legis· q nõ
iuſtificabit̃ omnis caro· Quod aper eius alio lo=
co dicitur· Non iuſtificabit̃ homo ex operibus
legis· Sic itaqz dictũ eſt· Verbum caro factum
eſt· ac ſi diceret· verbũ homo factũ ē· Theo·
Euangeliſta volens oſtendere inenarrabilẽ dei
condeſcenſum· carnẽ cõmemorat· vt illius admi=
remur miſericordiã· qm̃ pp̃ter noſtrã ſalutẽ qd
omnino remotũ et diſtans eſt ab eius natura· aſ=
ſumpſit ſcz carnem Anima namqz habet aliquã
ppinquitatem ad deũ· Si autem verbum incar=
natum eſt· et humanã aĩam non aſſumpſit· ſeque=
retur q adhuc anime noſtre curate non eſſent·
quod enĩ nõ aſſumpſit· non ſanctificauit· Et qua=
lis deriſio· cum anima pus peccauerit· vt carnẽ
aſſumẽdo. ſanctificauerit· id quod eſt pncipali9

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

infirmũ relinqueret· Subuertiť ex hoc dicto ne
ſtorius qui dicebat ꝙ non deus verbũ ipſe idẽ
factus eſt homo ex ſacro cõceptꝰ ſanguine vir
ginis· ſed verbo pepit hominẽ q̃ omni s ṽtutiſ
dotatus erat ſpecie· et dei verbũ illi erat cõiun
ctum· et ex hoc duos filios aſſerebat· vnũ natũ
de virgine ſcʒ hominem· alteꝝ de deo ſcʒ dei fi
lium· homini illi cõiunctum ſcd̃m graciã habitu
dinem et amorem· contra quẽ euangeliſta dixit
ꝙ ipſũ verbũ factũ eſt homo· non ꝙ ṽbum in=
ueniẽs hominem virtuoſũ· ſe ſibi coiunxerit·
Ciril· ad neſtoriũ· Carnẽ eñ animatã aĩa rõna
li viuens verbũ ſibi ſcd̃m ſubſiſtenciam ineffabi
literq̃ʒ et inteiligibiliter factus eſt homo· et ap
pellatus eſt filiꝰ hoĩs· non ſcd̃m voluntatẽ ſo
lam aut bñplacitũ· ſʒ neq̃ʒ in aſſumptõne pſone
ſolius diuerſe quidem quo ad vnionẽ collate na
ture· vnus aũt ex ambobus criſtus ⁊ filius non
quaſi differencia naturaꝝ intercepta· ꝓpter ad=
unacionẽ· Theo· At diſcimus ergo p hoc ꝙ
dicitur· verbũ caro factũ eſt· quia ipſũ verbum
eſt homo· ⁊ filius dei exiſtens factus eſt filius
mulieris· que pncipaliter dei genitrix nũcupaẽ·
tanq̃ deũ in carne genuerit· Hilarius· x· d tri
nitate· Quidam aũt volentes vnigenitum deuʒ
qui in pncipio apud deum erat deus verbũ· non
ſubſtãtiuũ deum eſſe· ſed ſermonem vocis emiſſe
vt quod loquentibus verbum ſuũ· hoc ſit patri
deo filius argute ſubripere volũt· ne ſubſiſtẽs
verbum· deus et manẽs in forma dei criſtus ho=
mo natus ſit· vt cum hominẽ illũ humane potiꝰ
originis cauſa· q̃ ſpiritualis conceptõnis ſacra
mentũ animauerit· non deus verbũ hominẽʒ ſe
ex partu virginis efficiens extiterit· Sed vt ꝓ
phetis ſpũs ꝓphetie· ita in iheſu verbũ dei fu
erit· Et arguere nos ſolẽt ꝙ criſtũ dicamus eſſe
natum non noſtri corporis atq̃ʒ anime hominẽʒ
cum nos verbũ carnẽ factũ· noſtre ſimilitudinis
natum hominẽ pdicemus vt vere dei filius ve=
re hoĩs filius natus ſit· Et vt p ſe ſibi aſſump
ſit ex virgine corpus ita ex ſe ſibi aĩam aſſump=
ſit que vtiq̃ʒ ab homine nũq̃ gignẽciũ origini=
bꝰ pbeẽ· Et cũ ipſe ille filiꝰ hominis ſit· q̃ ridi
cule pter dei filiũ q̃ ṽbum caro factũ eſt· aliũ ne
ſcio quem tanq̃ ꝓphetã ṽbo dei animatũ pdica
bimus· cum dominus iheſus criſtus et dei filius
et hominis filius ſit· Criſo· Ne auteʒ ab eo qđ
dictuʒ ẽ· ṽbũ caro fcm̃ ẽ inconueniẽť ſuſpiceris
ṽſiõʒ illiꝰ incorruptibiľ nature· ſubdit· Et habi
tauit in nob· Quod eñ habitat· non idem eſt cũ
habitaculo· ſed aliud· aliud autẽ dico ſcd̃m natu
ram· vnicione vero et copulatõne vnũ eſt deus
verbum caro· neq̃ʒ confuſione facta neq̃ʒ deſtru
ctione ſubſtanciaꝝ· Alchuinus· Vel habita=
uit in nobis· id ẽ inter homĩes conuerſatꝰ eſt·

**Et vidimꝰ gloriã eiꝰ gloriaʒ q̃ſi vnigeniti a patre plenũ gracie et veritatis·**

Criſo· Cum dixiſſet
filij dei facti ſumus
et non aliter q̃ p hꝯ
ꝙ ṽbũ caro factuʒ
eſt· rurſꝰ ipſius di
cit et aliud lucrum
Et vidimus gloriã
eius quam vtiq̃ʒ non vidiſſemus· niſi p conſor=
cium humanitatis viſus eſſet nobis· Si eñ moy
ſi non ſuſtinuerunt faciem glorificatam videre·
ſed velamine opus fuit· q̃liter diuinitatẽ nudã
exiſtentẽ inacceſſibileʒ eciam ipſis ſuperioribus
virtutibus nos lutei ⁊ terreſtres ſufferre poſſe
mus· Augu· Vel aliter· quia verbũ caro fcm̃
eſt ⁊ habitabit in nobis· Iſta natiuitate collyri
um fecit· vnde ẗgereñẽ oculi cordis noſtri· vt
poſſimus videre maieſtatẽ eius p eius humani
tatem· Et ideo diciẽ· Et vidimus gloriam eius·
gloriam eiꝰ nemo poſſet videre niſi humilitate
carnis ſanareẽ· Irrueret eñ homini quaſi pul=
uis in oculũ de terra· Oculus iſte ſauciatus erat
et terra illuc mittiẽ vt ſaneẽ· caro te obcecaue=
rat· caro te ſanat· Carnalis eñ anima facta erat
cõſenciendo carnalibus affectibus· inde fuerat
oculus cordis cecatuſ· medicus fecit tibi colly=
riũ qm̃ ſic venit· vt de carne vicia carnis extin=
gueret· Verbũ eñ caro factum eſt vt poſſis di=
cere· vidimus gloriã eius· Criſo· Subdit aũt
Quaſi vnigeniti a patre· quia multi ꝓphaꝝ glo
rificati ſunt· Puta· Moyſes· Helyas· Heliſeus·
et multi alij· quicumq̃ʒ miracula oſtenderunt
Sed ⁊ angeli hominibꝰ apparentes et eam que
eſt ꝓprie nature coruſcantem lucem manifeſtan
tes· Sed ⁊ cherubin ⁊ ſeraphin cuʒ multa glo
ria viſa ſunt a ꝓpheta· ab omnibus his nos addu
cens euangeliſta ⁊ ſupra omnem naturã ⁊ con=
ſeruoꝝ noſtroꝝ claritatem erigens mentem ad
ipſum nos bonoꝝ pducit verticem quaſi diceret
non vt ꝓphete aut alterius· hominis vel angeli
aut archangeli aut alicuiꝰ ſuperioꝝ virtutũ eſt
gloria quam vidimꝰ· ſed quaſi ipſius dominato
ris· ipſius regis· ipſius naturalis filij vnigeniti
Grego· In ſacro eñ eloquio ſicut ⁊ quaſi· ali
quando non ꝓ ſimilitudĩe poniẽ· ſed ꝓ veritate
vnde eſt iſtud quaſi vnigeniti a patre· Chri·
Ac ſi diceret· vidimꝰ gloriaʒ qualem decebat et
conueniẽs eſt habere vnigenitũ ⁊ naturalẽ filiũ
Conſuetudo eñ multoꝝ· regem valde ornatum
videnciũ· vbi cum alijs enumerãtes non pñt vni
uerſam repñſentare claritatẽ hoc inducũt· Quid
oportʒ multa dicere· quaſi rex ibat· Sic ⁊ iohes
dicit· Vidimus gloriam eius gloriam quaſi vni
geniti a patre Angeli eñ apparẽtes vt ſerui et
dominũʒ hñtes omnia agebant· Ipſe vero vt do
minus cum humili forma apparẽs· ſʒ ⁊ creature
dominuʒ cognouerũt· ſtella magos vocans· an
geli paſtores· puer exultans in vtero· Sed et
pater teſtatus eſt de celis· et paraclitus ſup ip
ſum aduenit· Sed ⁊ ipſa reꝝ natura omni tuba
clarius clamauit· quoniaʒ rex celoꝝ aduenerat·
Etenĩ demones fugiebant· infirmitates ſoluebã
tur· mortuos dimittebant ſepulchra· et animas
a malicia ad virtutis verticẽ agebat· quid vtiq̃ʒ
quis dicat pceptoꝝ philoſophiam· celeſtiũ le=
gum virtutẽ angelice vrbanitatis bonam ordi=
natõnem· Orig· in home· Eius autẽ ꝙ ſequiẽ·
plenum g̃tie et veritatis· duplex intellectus eſt
Poteſt eñ de hũanitate ac diuinitate incarnati
verbi accipi· Ita vt plenitudo gratie referaẽ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad humanitatē ſcd̄m quam criſtus caput eſt ec=
cleſie ⁊ p̄mogenitus creature vniuerſe· qm̄ ma
ximū· et p̄ncipale gracie exemplū q̄ nullis p̄ce=
dentibus meritis homo efficit̄ deus· in ipſo pri
mordialiter manifeſtū eſt· Poteſt etiā plenitu
do gracie criſti de ſpū ſancto intelligi· cui⁹ ſep=
tiformis opatō humanitatem criſti impleuit·
Plenitudo vero veritatis ad diuinitatem refer
tur· Si vero plenitudinem gracie et veritatis
de nouo teſtamento maius intelligere non incō
grue ꝑnunciabilis plenitudinē gracie noui te=
ſtamenti eſſe p criſtū donatā ⁊ legaliū ſinbolo
rum veritatem in ipſo eſſe impletā· Theo·
Vel plenū gracia· ꝑut eius verbū graacioſum
erat· dicente dauid· Difuſa eſt gracia in labijs
tuis· et veritate· ſcd̄m qđ moyſes et ꝓphete lo q̄
banť aut opabāť ī figura· criſt⁹ aũt cū veritate

**Johannes teſtimoīū perhibet de ipō ⁊ cla mat· dicens· Hic erat quem dixi· Qui poſt me venit· ante me fac t⁹ ē· qui prior me erat**

Alchuin⁹· Dixerat
ſuperius fuiſſe miſ=
ſum hominem ad p
hibendū teſtimoni
um· hic determinat
teſtimoniū ſuū qđ
manifeſte p̄curſor
ꝓnūciauit· Vnđ di
citur· Johannes p
hibet teſtimonium
de ipſo· Criſo·
Vel aliter ſʒ inducit· ac ſi dicat· Nō eſtimetis ꝙ
nos qui fuimus cum eo multo tempore ⁊ menſe
ipſius cōmunicauim⁹ ꝓpter graciaʒ ſʒ teſtamur
quia iohannes q̇ an̄ eum non viderat· nec ei com
moratus fuerat· ei teſtimoniū phibeat· Multo=
ciens autem euangeliſta reuoluit eius teſtimoni
um· quia multā admiracōnem hui⁹ viri habe=
bant iudei· Et alij quidem euangeliſte antiquo=
rum meminerūt ꝓphetaꝝ dicentes· hoc factuʒ
eſt vt impleat̄ quod dictuʒ eſt p ꝓphetam· Hic
autem alciorem ⁊ recenciorem teſtē inducit· nō
intendens a ſeruo dn̄atorē facere fide dignū· ſʒ
auditorum imbecillitati cōdeſcendens· Quemad
modum em̄ niſi ſerui formā aſſumpſiſſet non ita
facile ſuſceptibilis fact⁹ eſſet· ita niſi ſerui vo
ce auditū cōſeruoꝝ preexercitaſſet· nequaꝙ̄ mul
ti iudeoꝝ v̄bū xp̄i ſuſcepiſſent· Sequit̄· Et cla
mat id eſt cū ꝓclamatōne cum libertate ſine ſub
tractōne omnia p̄dicat· Nō autē a p̄ncipio dixit
qm̄ hic eſt filius dei vnigenitus naturalis· ſed
clamat dicens· hic erat quē dixi· qui poſt me ve
nit ante me factus eſt· q̄ p̄or me erat· Quemad
modum em̄ matres auiū nō confeſtim pullos ſu
os volacionē docent· ſʒ p̄mo q̄dē extra nidū edu
cūt· p⁹ea v̄o aliā multo velociorē volatōnē ap
ponūt· Sic et iohannes non cōfeſtim iudeos ad
alta duxit ſʒ interim paululū a terra eos euolare
docuit· dicens· ꝙ criſtus melior eo erat· Et vi=
de qualiter ſapienter inducit teſtimoniū· nō em̄
ſolum apparentē xp̄m mōſtrat· ſʒ et an̄ꝙ̄ apparu
iſſet· eū p̄dicat· quod ſignificat̄ in hoc đ dicit·
hic erat· de quo dixi· Hoc autem fecit vt facile
ſuſceptiuus eſſet criſtus· hominū mente iam p̄=
detenta vt ab alijs que de eo dicta erāt ⁊ nihil
ad hoc humilitas habitus noceret· Ita em̄ hu
mili et cōmuni omnibus forma criſt⁹ vtebatur
vt ſi ſimul ⁊ verba hec audiſſent de eo ⁊ eum cō
ſideraſſent· Johannis teſtimoniū deriſiſſent·
Theo· Dicit autē· Qui poſt me venit· videlicet
ſcd̄m tempora natiuitatis· ſex em̄ menſibus pri=
or criſto iohannes erat ſcd̄m hūanitatē· Cri
ſo Vel hoc nō dicit de ea generatōne que eſt ex
maria· Jam em̄ natus erat criſtus qn̄ hec a io=
hanne dicebant̄· ſed de aduentu eius ad p̄dica=
cionē· Dicit autem ante me factus eſt· id eſt cla
rior et honorabilior· ac ſi dicat· Non q̄ p̄or ve=
ni ad p̄dicandū ex hoc maiorem me eſſe illo exi=
ſtimetis· Theo· Arriani vero hanc litteram
ſic exponūt· volentes oſtendere ꝙ dei filius nō
eſt a patre genit⁹· ſed factus· ſicut vna alia cre
atura· Augu· Non ergo intelligit̄ factus eſt
anteꝙ̄ ego eſſem fact⁹· ſʒ antepoſitus eſt mihi
Criſo· Si autē qđ dicit̄· ante me factus eſt đ ꝓ
ductōe ad eſſe intelligeret̄· ſupfluū eſſet quod
additur· quia p̄or me erat· Quis em̄ eſt ita inſi=
piens vt ignoret qm̄ ex quo ante eū factus eſt·
p̄or eo erat· quia ante me fact⁹ eſt· Ergo qđ di=
cit· ante me factus eſt· de honore intelligit̄· ſʒ
em̄ quod futurū erat factū dicit q̄ conſuetudo
erat antiquoꝝ ꝓphetaꝝ de futuris quaſi de iā
p̄teritis loqui·

**Et de plenitudine ei⁹ nos omnes accepim⁹ ⁊ graciā pro gracia quia lex per moyſem data ē gracia ⁊ veri tas per iheſum chri ſtum facta eſt·**

Orige· Sermo iſte i
pſona baptiſte de
xp̄o teſtantis ꝓla=
tus eſt· quod pluri
mos fallit exhinc
vſqʒ illuc ille enar=
rauit credentes in
pſona iohān̄is apo
ſtoli recitari· Incō
ſequens autem eſt·
putare ſubito et q̄=
ſi intempeſtiue inē
rumpi baptiſte ſer
monem ex verbo diſcipuli· et cuiqʒ ſcienti per=
cipere dictoꝝ collacionē in ꝓpatulo conſtat ſe=
ries dicti· Dixerat em̄ ob hoc ante me fact⁹ eſt·
quia p̄or me erat· Ex hoc autem coniecto p̄orem
me fore ꝙ ex eius plenitudine ego quidem ⁊ an
te me ꝓphe accepimus graciā· ſecūdam ꝓ p̄ma·
Pertigerūt em̄ ⁊ illi poſt figuras p ſpm̄ ad ve
ritatis ſpeculatōnem Hinc etiā ꝓpendim⁹ ex ple
nitudine eius accipiētes legē quidem p moyſē
fore datā· graciā autem et veritatem p iheſum
criſtū· nedum fore datam· ſʒ factam· patre qui=
dem legem dante p moyſen graciā et veritateʒ
faciente per iheſum· Sed ſi iheſus eſt qui dicit·
Ego ſum veritas· Quomō veritas ſit p iheſum
Sed intelligēdum eſt· ꝙ ipſa veritas ſubſtācia
lis ex q̄ p̄ma veritate ⁊ ei⁹ ymagine ſculpte ſūt
multe veritates in his q̇ v̄itatē t̄ctāt· nequaꝙ̄
per iheſum criſtū facta eſt· nec prorſ⁹ p aliquē
ſed veritas puta que cōſiſtit in paulo et apo=
ſtolis p iheſum criſtū facta eſt Criſo· Vel alit̄
coniūgit hic teſtimonio iohannis baptiſte ſuū
teſtimoniū Johannes euāgeliſta dicens· Et de
plenitudine ei⁹ ⁊c̄· Non p̄curſoris eſt verbum·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſed diſcipuli. Quaſi diceret. Eciã nos omnes duo
decim et omnis plenitudo fideliũ. et qui nunc
ſũt et futuroꝝ de plenitudine eius accepimus.
Aug. Quid aũt accepiſtis? Et graciã ꝓ gracia
vt neſcio quid nos voluerit intelligere de ple-
nitudine eius accepiſſe. et inſup graciã ꝓ gra-
cia. Accepimus em̃ de plenitudine eius ꝑmo gꝛa-
ciam et rurſus accepimus graciam ꝓ grã. Quã
grãz ꝑmo accepim⁹. fidẽ. Vocaꝛ em̃ gracia. qꝛ
gratis datur. Hanc gꝰ accepit graciã ꝑmam pec
cator vt eius peccata dimitterent̃. et iterꝝ gciã
ꝓ grã in q̃ ex fide viuim⁹ recepturi ſum⁹ aliã id
eſt vitam eternã. Vita em̃ et̃na quaſi merces ẽ
fidei. Sed quia ipſa fides gracia eſt. vita eter-
na gracia eſt ꝓ gracia. Non erat iſta gracia in
veteri teſtamento. quia lex minabaꝛ. nõ cpitula
batur. iubebat. non ſanabat languorez oſtende
bat. non auferebat. ſed ꝑparabat medico ventu-
ro cuz gracia et veritate. Vnde ſequiꝛ. Quia lex
ꝑ moyſen data eſt. gracia et veritas ꝑ iheſum
criſtum facta eſt. Mortẽ em̃ temporalem et eter
nam occidit mors dñi tui. Ipſa eſt gracia q̃ ꝓ-
miſſa et non habita erat in lege. Criſo. Vel
accepimus graciã ꝓ gracia. id eſt ꝓ veteri no-
uam. Sic em̃ eſt iuſticia et iuſticia. adoptio et ad
opcõ. circũciſio et circũciſio. ita grã et grã. ſꝫ illa
quidem vt typus. hec vero vt veritas. Hoc aũt
induxit oſtendens. qm̃ et iudei gracia ſaluabã-
tur. ſꝫ et nos oĩs gracia ſalui ſum⁹. Miſericor-
die autem et gracie fuit legem ſuſcipere. Prop
terea cum dixiſſet. graciam ꝓ gracia. oſtendens
magnitudinẽ eoꝝ q̃ data ſũt. ſubdit. Quia lex
ꝑ moyſen data eſt. gracia et veritas ꝑ iheſum
criſtũ facta eſt. Et ſupra quidꝫ iohannes ad ſe-
ipſum comparans criſtũ ait. Ante me fact⁹ eſt.
Hic autẽ euãgeliſta ad eũ q̃ illo tempore magis
in admiratione apud iudeos erat q̃ iohannes.
Criſti compatõnem facit ſcꝫ ad moyſen. Et cõſi
dera prudenciã non pſonaꝝ. ſed reꝝ compatõ-
nem facit. graciã et veritatez legi opponens. et
huic addit. data eſt. quod miſtrantis erat. huic
autem facta eſt. qꝺ eſt regis cum poteſtate om
nia opantis. cum gratia quidez quia cum ptate
omnia dimittebat peccata. Et gꝛtiam quidꝫ eius
baptiſmatis donum. et adoptio que nobis per
ſpiritum datur. et alia multa oſtendunt. verita
tem aũt pleni⁹ ſciemus. ſi figuras veteris legis
didicerim⁹. Ea em̃ que in nouo teſtamẽto ꝑfici
enda erant. in veteri teſtamẽto figuris ꝑ̃ſcrip-
ſerunt. quas xpũs veniẽs adimpleuit. Vnde fi-
gura data eſt ꝑ moyſen. veritas per xpm̃ facta
eſt. Augu. xiij. de trinitate. Vel gꝛtiam refera
mus ad ſcienciaz. veritatẽ ad ſapienciam. In re
bus em̃ per temp⁹ ortis. illa ſũma gratia eſt. q̃
homo in vnitate pſone coniũctus eſt deo. In re
bus vero eternis ſũma veritas recte tribuiꝛ dei
verbo.

**Deũ nemo vidit vnq̃ vnigeit⁹ qui ẽ in ſinu patris ipſe enarrauit**

Orige. Incõgrue era
dius aſſerit hoc ꝓ-
mulgatũ fuiſſe nõ
a baptiſta. ſed a
diſcipulo. Nam ſi il
lud de plenitudine
ei⁹ nos oĩs accepimus a baptiſta ꝓlatũ eſt. q̃
modo non eſt ſequens ipſũ de gracia criſti ſuſci
pientẽ. et ſecũdã ꝓ ꝑma grã. Cõfitentemq̃ legẽ
ꝑ moyſen fore datam. graciã vero et veritatez
ꝑ iheſum xp̃m ꝓdiſſe. intellexiſſe qualiter deũ
nemo vidit vnq̃ q̃ꝫ q̃ vnigenitus cuz in patris
gremio requieſcat interꝑ̃tatõnem ipſi iohãni nec
non omnib⁹ his qui de perfectõne guſtauerint
conceſſerit. Non enim nunc primitus annuncia-
uit. Nam priuſq̃ꝫ abraham fieret. docet nos
Abraam exultaſſe. vt videat eius gloriam.
Criſo. Vel aliter euãgeliſta oſtendens multam
eminẽtiã donoꝝ xp̃i ad ea que per moyſẽ diſpẽ
ſata ſũt vult de reliquo cauſam racionalem diffe
rentie dicere. Nam ille quidem famulus exiſtẽs
miroꝝ reꝝ factus eſt miniſter hic vero domi-
nator et regis filius exiſtẽs. multa maiora nobis
attulit coexiſtens ſꝑ patri, et videns eum. Prop
ter hoc ita intulit dicens. Deũ nemo vidit vnq̃
Auguſti. ad paulinã. Quid ergo eſt quod iacob
dicit. Vidi dominũ facie ad faciem. Et quod de
moyſe ſcriptum eſt. qꝛ loquebaꝛ cũ deo facie ad
faciem. Et illud qꝺ ꝓpheta yſaias loquẽs de ſe
ipo ait. Vidi dominũ ſabaoth ſedentẽ i throno.
Greg⁹. xviij. morali. Sed patẽter daꝛ intelligi.
q̃ q̃diu hic mortaliter viuiꝛ. videri ꝑ quaſdam
ymagĩes poteſt de⁹. ſed ꝑ ipſã nature ſue ſpecie
non poteſt. vt anima gracia ſpiritus afflata per
figuras q̃ſdam deum videat. ſed ad ipſam vim
eius eſſencie non ptingat. hinc eſt em̃ q̃ iacob
qui deum ſe vidiſſe teſtaꝛ non niſi angelum vi-
dit. Hinc eſt q̃ moyſes qui cum deo facie ad fa-
ciem loquiꝛ dicit. Oſtende mihi temetipſũ mani
feſte. vt videam te. Ex qua eius peticõne colli-
gitur quia eũ ſiciebat ꝑ incircumſcripte aturem
ſue claritatem cernere. quem iam ceperat ꝑ qual
dam imagines videre. Criſo. Si aũt antiqui
patres ipſam viderũt naturam. nequaq̃ differẽ
ter conſideraſſent. Simplex em̃ quedam eſt et
infigurabilis. nõ ſedet. neq̃ꝫ ſtat. neq̃ꝫ ambulat
hec em̃ corpoꝝ ſunt. Vnde et ꝑ ꝓphetam dicit.
Ego viſionẽ multiplicaui eis. et in manibus ꝓ
phetaꝝ aſſimilatus ſum. hoc eſt cõdeſcendi eis
non quod eram apparui. Quia em̃ filius dei ꝑ ve
ram carnem appariturus erat nobis. Primo exer
citauit eos videre deũ. ſicut poſſibile erat eis vi
dere. Augu. ad paulinã. Sed cũ ſcriptum ſit.
Beati mũdo corde. qm̃ ipſi deũ videbũt. Et ite
rum cum apparuerit ſimiles eis erimus. qm̃ vide
bimus eum ſicuti eſt. Quid eſt q̃ hic diciꝛ. Deũ
nemo vidit vnq̃? an fortaſſe reſpondeꝛ q̃ illa
teſtimonia de videndo deo ſũt. non de viſo. Ipſi
em̃ deũ videbũt dictũ eſt. nõ viderũt. et non vi
dim⁹. ſꝫ videbim⁹ eũ ſicuti eſt. Deũ em̃ nemo vi
dit vnq̃. vel i hac vita ſicuti ipſe eſt. vel etiã i
ãgeloꝝ vita ſicuti viſibilia iſta q̃ corpali viſiõe
cerniĩ. Gre. xviij. mo. Si vero a q̃buſdã poteſt
i hac corruptibili carne viuentib⁹. Sed tam̃ in
eſtimabili virtute creſcẽtib⁹. quodã contẽplatõ
nis acumine et̃na claritas dei videri. ſꝫ ab hac
ſentencia non abhorret. qm̃ quiſquis ſapiẽciam
que deus eſt videt huic vite fundit⁹ moriꝛ ne iã

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eius amore teneat̄· Augꝰ·xij· ſup geneſim ad
litteram· Niſi em̄ ab hac vita q̄ſq̧ quodam̄mō
moriatur·ſiue omnino exiens de corpore·ſiue ita
auerſuſ et alienatus a carnalibus ſenſibꝰ·vt me
rito neſciat ſicut apoſtolus ait·vtꝝ in corpore
an extra corpus ſit·non in illam rapit̄ et ſubue=
hitur viſionē Grego·xviij·mora·Sciendū ve
ro eſt ꝙ fuere nonnulli q̄ deū dicerent in illa re=
gione beatitudinis in claritate ſua conſpici·ſʒ in
natura minime videri·Quos nimirū minor īqui
ſicionis ſubtilitas fefellit·Neq̧ em̄ illi ſimplici
et incomutabili eſſencie aliud eſt claritas·aliud
natura· Augꝰ·ad paulinam·Si autē dicit̄·in
hoc ꝙ ſcp̄tum eſt deum nemo vidit vnq̄·homi/
nes tantūmodo intelligendos·Nam hoc apoſto
lus planius explicās· quem nemo inq̄t hominū
vidit·ſʒ nec videre poteſt·vt ita dictū ſit·Deuz
nemo vidit vnq̄·ac ſi diceret̄·nullꝰ hominū·q̄=
ſtio illa ſolui videbitur·vt nō ſit huic ſentencie
cōtrariū quod dn̄s ait·Angeli eoꝝ ſemp vidēt
faciem patris mei·vt ſcʒ angelos deum videre
credamus·quem nemo vidit vnq̄ ſcʒ hominum·
Grego·xviij·moraliū· Sunt tn̄ nonnulli qui
nequaq̄ deum videre nec angelos ſuſpicantur·
Criſo· Dicentes ꝙ ip̄m quod eſt deꝰ·nō ſolū
ꝓphete ſʒ nec angeli viderūt·neq̧ archangeli·
Sed ſi interrogaueris eos audies de ſubſtancia
nihil reſpondentes· gloria vero in excelſis deo
non ſolum cantantes·ſed et in terra pax hoibꝰ
bone voluntatis·Et ſi a cherubim et ſeraphin
concupiueris aliquid diſcere·miſticam ſanctimo
nij melodiam audies· Et quoniam plenum eſt
celū et terra gloria eiꝰ Augꝰ·ad paulinā·Nō
quidem in tantū veꝝ eſt q: dei plenitudinē nul
lus nō ſolū oculis corporis·ſʒ vel ipſa mēte ali
quando comp̄hendit·Aliud eſt em̄ videre·aliđ
totū videndo comp̄hendere·Nāquidez id vide
tur quod p̄ſens vtcumq̧ ſentit̄·totū aūt comp̄=
hendit̄ videndo· quod ita videt̄·vt nihil eius
lateat videntē·aut cuiꝰ fines circūſpici poſſunt
Sic igitur ſolus patrez videt filius et ſp̄uſſcūs
Criſo·Qui em̄ creabilis ē nature qualiter po
terit vidē qđ increabile eſt· Ita igit̄ nullꝰ no
uit deū vt filius·Vnde ſequit̄· Vnigenitus fili
us·qui eſt in ſinu patris·ipſe enarrauit· ne ꝓpt̄
nominis cōmunionē vnū quendam eoꝝ qui gra
cia facti ſūt filioꝝ eſſe exiſtimes eum·p̄mo qui=
dem adiectus eſt articulꝰ· Si vero hoc nō ſuffi
cit tibi·audi aliud nomen vnigenitus· Hilariꝰ
vj·de trini· Nature quidem fides non ſatis ex=
plicita videbat̄ ex nomine filij·niſi ꝓpetatis vir
tus p exceptōis ſignificatiua adderet̄· p̄ter fili
um em̄ et vnigenituz nihil cognominans·ſuſpi
cionem penitus adopcionis excluſit·cum veri=
tatem nominis vnigeniti natura p̄ſtaret· Cri
ſoſtomus·Sʒ et aliud poſuit dicens· Qui eſt in
ſinu patris·Etenim in ſinu cōuerſari multoplꝰ
eſt q̄ ſimpliciter videre·Nam qui ſimpliciter vi
det·nō oīno eiꝰ quod videt cognicionē habet
Qui vero in ſinu conuerſat̄·nihil ignorabit·Cū
igit̄ audieris ꝙ nullꝰ cognoſcit patrē niſi filiuſ
nequaq̄ dicas·qm̄ et ſi plus omnibus nouit pa=
trem·ſʒ nō quantꝰ eſt nouit eū·ꝓpt̄ea euangeli
ſta in ſinu patris eū morari dicit·vt nō eſtime=
mus p id aliud ſignificatū q̄ familiaritatē vnige
niti et coeternitatē ad patrē· Augꝰ· In ſinu
em̄ patris eſt in ſecreto patris·Nō em̄ deus ha
bet ſinū quemadmodū nos habemus in veſtibꝰ
aut cogitandus eſt ſic ſedere· quomō nos· aut
forte cinctus eſt vt ſinū haberet· Sed q: ſinus
noſter intus eſt·ſecretū patris ſinus patris vo
cat̄·Qui g̃ i ſecreto patris nouit patrē ipe enar
rauit quod vidit· Criſo·Sed quid enarrauit·
qm̄ vnꝰ eſt deus·Sʒ et hꝫ reliqui ꝓph̄e et moy=
ſes clamāt·Quid g̃ plus didicimus a filio in ſini
bus paternalibus exiſtente·Primū q̄dez ipſa hꝫ
que alij narrauerunt·ſūt enarrata ex operacōne
vnigeniti·Deinde qm̄ multo maiorē ſuſcepimꝰ
doctrinā p vnigenituz· ⁊ cognouimꝰ qm̄ ſp̄us
deus·et eos qui adorant eum in ſp̄ū et veritate
adorare oportet· et qm̄ deus pater ē vnigeniti
Beda·Pretēa ſciendū q: ſi ad p̄teritū referat̄
quod ait· enarrauit·homo factus enarrauit·q̄d
de trinitatis vnitate ſentiendū·qualiter ad eiuſ
ɔtemplacionē ꝓperādū quibꝰ actibꝰ ſit perueni
endū·Si vero referat̄ ad futuꝝ tunc enarrabit
cum electos ſuos ad viſionē claritatis ſue indu=
cit· Augꝰ·Fuerūt autem homines q̄ dicerent·
vanitate cordis ſui decepti· Pater inuiſibilis ē
Filiꝰ autē viſibilis eſt·Si aūt ꝓpter carnē filiꝰ
viſibilis dicit̄ et nos cōcedimꝰ et ē catholica fi
des·Si aūt vt ipſi dicūt·anq̄ incarnaret̄·mul=
tum delirāt ſi xp̄s ſapia dei et virtꝰ dei eſt· Sa
piencia em̄ dei videri oculis nō poteſt· Si ver=
bum hominis oculis non videt̄·verbū dei ſic vi
deri poteſt· Criſo·Nō igit̄ ſoli ipſi ꝓpium eſt·
deum nemo vidit vnq̄·ſed et filio· q: vt paulꝰ
dicit·eſt imago dei inuiſibilis·q̄ vero inuiſibilis
imago eſt· et ipſe inuiſibilis eſt· Origeneſ

Et hoc eſt teſtimoni=
um iohānis qn̄ miſerūt
iudei ab hieroſolimiſ
ſacerdotes et leuitas
ad iohānē vt interro
garēt eū·Tu quis es
Et ɔfeſſꝰ eſt Et nō ne
gauit·et ɔfeſſꝰ eſt q:
non ſum ego xp̄c·Et
interrogauerūt eum·
Quid ergo·helias es
tu·Et dixit·Non ſum
Propheta es tu·Et
reſpondit·Non·Dix
erūt ergo ei·Quis es
vt reſponſum demus
his qui miſerūt nos·
quid dicis de teipſo

Secūdū legit̄ hoc
teſtimoniū a iohā=
ne baptiſta đ criſto
ꝓlatū incipiente p̄
mo illic·hic eſt đ q̄
dixi·et deſinēte ibi
ipſe enarrauit·Vel
aliter· Theopilus
Poſtq̄ ſupiꝰ dixit
euāgeliſta·ꝙ iohs
teſtabat̄ de criſto·
an̄ me factꝰ eſt·nūc
ſubiungit· quando
p̄miſſum teſtimoni
um reddiderit criſto
iohannes·Vnde di
cit·Et hoc eſt teſti
moniū iohānis·qn̄
miſerūt iudei ab ie/
roroſolimis ſacer=
dotes et leuitas ad
iohannē· Orige=
nes·Iudei quidem
ab iheroſolimiſ ut
cognati exiſtenteſ

**Ait·Ego vox clamā tis ī deſerto dirigite viā domini ſicut dixit iſaias propheta**

baptiſte ꝺ ſtirpe ſacerdotali exiſtentiſ ſacerdoteſ ⁊ leuitaſ deſtināt·ſciſſitatu/ ros quis eſſet iohēs eos ſcʒ qui reputati ſūt ſcd̄m electōeʒ ab alijs differre et ab electo hieroſolimoꝝ loco· Iohannē itaqꝫ cū tanta querūt veneracōne erga criſtū autem nihil huiuſmodi factuʒ legiṫ a iudeis· Sʒ qđ erga iohannē iudei· h̄ iohanneſ erga criſtū ꝓſequiṫ· ꝑ ꝓprios diſcipulos interrogans·Tu es qui venturꝰ es· an aliū expectamus Criſo· Sic autē fidedignū eſtimauerunt eſſe iohannē vt ei de ſeipſo dicenti crederēt·vn̄ diciṫ·Vt interrogarent eū·Tu quis es· Auguſtinus·Nō autē mitterent niſi mouerenṫ exceleēcia autoritatis·qꝛ auſus ē baptizare Ori· Iohannes aūt vt videṫ·diſcernebat ex q̄ſtione ſacerdotū ⁊ leuitaꝝ dubitacōnē·ne forte xp̄us eſſet baptizans·apercius t̄n illud ꝓfiteri cauebant·ne temerarij putarenṫ·Quapropter merito vt eoꝝ opinio fallax de eo p̄nitus aboleretṫ· ac ſubinde veritas ꝓpalareṫ ꝙ nō ſit xp̄us ante omnia manifeſtat·Vnde ſequiṫ·Et ꝯfeſſus ē et non negauit·et ꝯfeſſus eſt· qꝛ nō ſū ego criſtꝰ Hic eciā adijciamus qꝛ tempus aduentus criſti populū recreabat quodāmodo iā p̄ſens exiſtēſ legiſperitus ex ſacris ſcripturis illiꝰ tempꝰ ſperatū colligentibus·ꝓpter quod theodas nō modicam multitudinē quaſi criſtus ꝯgregauit·et poſt illuʒ iudas galileus in diebus ꝓfeſſionis· Cum ḡ feruencius criſti expectareṫ aduentus· iudei trāſmittunt ad iohannē ꝑ hoc qđ eſt·Tu quis es cōijcere volētes·ſi ipſe ſe xp̄m fatereṫ· Non autē ex eo ꝙ dicit non ſum ego criſtus·negauit·ex hoc eñ ipſo confeſſus eſt veritatem· Grego·Negauit plane qđ nō erat ſʒ nō negauit quod erat·vt veritatē loquēs·eius membruʒ fieret·cuius ſibi nomen fallaciter non vſurparet.

Criſo·Vel aliter· Paſſi erant iudei quandaʒ humanā paſſionē ad iohannē· Indignū eñ eſtimabant ſubici eū xp̄o ꝓpter multa que iohīs claritatē demōſtrabāt q̄ꝝ p̄mū erat genꝰ illuſtre Principis eñ ſacerdotū filiꝰ erat·deinde dura educatio humanoꝝ deſpectio· In criſto aūt cōtrariū videbaṫ genuſ humile qđ ei exprobrabant dicentes: Nonne hic eſt fabri filiꝰ dieta cōmunis et veſtimenta· nihil plus multis habencia· Quia igiṫ iohannes ꝯtinue ad criſtuʒ mittebat volentes magis iohannē habere magiſtrū·mittunt ad eū ꝑ blādicias eū allicere ad ꝯfitenduʒ ſe xp̄m eſſe·Nō ḡ q̄ſdā ꝯtemptibiles mittūt·ut ad xp̄m miniſtros et herodianos· ſʒ ſacerdotes et leuitas·et nō q̄ſcumqꝫ ſʒ eos q̄ erant ex hieroſolimis·hoc eſt honorabilioreſ. Et ad h̄ mittūt vt interrogarent tu quis es· nō q̄ſi ignorantes ſʒ volentes eū inducere ad h̄ quod dixi· vnde iohannes ad mentē et nō ad interrogacōnem eis reſpōdit·Et cōfeſſus eſt et nō negauit·et ꝯfeſſus eſt· qꝛ nō ſū ego xp̄us·Et vide ſapiēciā euāgeliſte·tercio quaſi idem dicit·et ꝟtutē baptiſte indicans et maliciā et amenciā iudeoꝝ·Detroti eñ famuli eſt·nō ſolū non rape gloriam dn̄i· ſʒ oblataʒ a multis reſpuere· Turbe eñ ex ignorancia ad hanc venerūt ſuſpitōnem·vt iohannē xp̄m eſtimarent·Hij veró a maligna mente ex q̄ interrogabant eū eſtimantes ꝑ blandiciaſ attrahere ad h̄ quod volebant·niſi eñ excogitaſſent hoc reſpondenti·non ſum ego criſtus·dixiſſent· Non hoc ſuſpicati ſumus·non hoc venimus interrogaturi·ſʒ capti et maifeſte effecti ad aliud veniunt·Vnde ſequiṫ·Et interrogauerunt eum· Quid ergo·Helias es tu· Auguſtinus·Nouerāt eñ ꝙ p̄ceſſurꝰ eēt helias xp̄m Nō eñ alicui ignotū erat nomen xp̄i ad hebreos ſed non putabant illū eſſe criſtum·nec t̄n omnino putauerāt criſtum non eſſe venturꝝ· et cum ſperarent futurum offenderūt in p̄ſentem·Sequiṫ Et dixit nō ſū Grego·in homelia·Ex hijs verbis queſtio nobis valde implexa generaṫ· Alio quippe ī loco inquiſitus a diſcipulis dn̄s de Helie aduentu reſpondit·Si vultis ſcire iohannes ipſe eſt helias·Requiſitus autē iohannes dicit·Non ſū helias·Quomodo ḡ ꝓpheta veritatis eſt· ſi euſdeʒ veritatis ſermonibus concors non eſt· Orige· Dicit autē aliquiſ ꝙ ſe ignorabat iohannes eſſe heliam et hoc nimiꝝ vtentur·qui aſſiſtūt iterate incorporatōnis racioni tanq̄ anima denuo induēte corpora· Querūt eñ iudei ꝑ leuitas ac ſacerdotes an eſſet helias·cum iterate corporiſ aſſumpcionis documētū verax arbitrantur quaſi paternū exiſtens·nec alienū ab archanoꝝ ſuorum doctrina·ob hoc itaqꝫ dicit iohannes·Helias non ſū·nam neſcit p̄micuam vitā ꝓpriam·Qualiter autē videṫ racionabile ſi tanq̄ ꝓpheta ſpiritu·illuminatus eſt·et de deo et vnigenito· tāta narrauit ignoraſſe de ſeipſo an vnq̄ eius anima fuerit in helia Gregorius in homelia· Sʒ ſi ſubtiliter veritas ipſa requiraṫ· hoc quidem qđ iter ſe ꝯtrariū ſonuit·q̄mō ꝯtrariū nō ſit·iueniē Ad Zachariā nāqꝫ de iohāne angelꝰ dixit·Ipſe ꝓcedet ante illū in ſp̄ū·et virtute helie·qꝛ ſcʒ ſicut Helias ſcd̄m domini aduentū preueniet·ita iohānes p̄uenit p̄mū· Sic ille p̄curſor venturꝰ ē iudiciſ·ita iſte p̄curſor factꝰ eſt redemptoris Iohs igiṫ in ſp̄ū helias erat· in p̄ſona Helias non erat· Quod autem dn̄s fatetur ꝺ ſp̄ū hoc iohāneſ denegat ꝺ p̄ſona·Qꝛ ⁊ iuſtū ſic erat vt diſcipulꝭ dn̄ſ ſpiritualē de iohāne ſentenciā diceret ⁊ iohēs turbis carnalibꝰ nō ꝺ ſuo ſp̄ū· ſʒ ꝺ corpore r̄ſpōderet Orig· Reſpōdit ḡ leuitis et ſacerdotibꝰ· nō ſum·coniectans ꝓpoſitū q̄ſtionis eoꝝ·Nō eñ ſapiebat p̄miſſa examinacio ſi idem ſpiritꝰ eſſʒ in vtroqꝫ· Sed ſi iohēs eſſʒ ipſe Helias qui aſſumptꝰ eſt· nūc apparens ſcd̄m quod a iudeis expectabaṫ abſqꝫ natiuitate·p̄mꝰ at arbitrās r̄ſūpcionē corpoꝝ dicet ꝙ incōſequēs ē filiū zacharie tāti ſacēdotis in ſeio natū ſup oēm hūanā expectacōꝫ ignorari a ſacēdotibꝰ ⁊ leuitis ip̄m natū fuiſſe marie luca teſtāte· ꝙ factꝰ ē timor ī oībꝰ hitātibꝰ circa eos· ſʒ forſā q̄m ꝓpe finē heliā expectabāt an̄ xp̄m·q̄ſi tropice ſciſcitari videnṫ·an es tu q̄ p̄nūcias xp̄m venturum·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et crute reſpordit· Non ſum· Sed et nihil mira
bile· ſicut in ſaluatore pluribus ſcientibꝰ ex ma
teria natiuitatē eius· Quidam fallebanť· putātes
eum vel iohannem baptiſtaꝫ vel heliam aut ali
quem ꝓphetaꝝ· Sic et in iohāne q̄ſdam ortus
eius ex Zacharia nō latebat· et quidam dubita
bant· ſi forſan qui expectabať helias apparuit i
iohanne· Quoniam vero cum plures in iſrahel
editi fuerint ꝓphete· vnꝰ de quo moyſes ꝓphe
tauerat· p̄cipue expectabať· Iuxta illud· Pro-
phetam vobis ſuſcitabit deus ex fratribꝰ ve-
ſtris ſicut mihi illi parebitis· Tercio ſciſcitanť
non ſi foret ꝓpheta ſimpliciter· ſed cuꝫ articulo
in greco poniť· Vnde ſequiť· Propheta es tu
Per ſingulos em̄ ꝓphetas nouerat populus iſ
rahel neminē eoꝝ fore hunc· quē moyſes ꝓphe
tauerat· qui ſicut moyſes mediꝰ ſtaret inter deū
et homines· et accepto teſtamēto traderet diſci
pulis· hoc autē illis nomen nō xp̄o attribuenti
bus ſed arbitrantibus aliū a xp̄o ipſū fore· Io
hannes ſciuit qm̄ et xp̄s ille ꝓpheta eſſet· Vnd
ſubdiť· Et reſpōdit non· Augꝰ· Vel qꝛ iohā
nes maior erat q̄ ꝓpheta· quia ꝓphete longe p̄
nūciauerūt· Johannes p̄ſentē demōſtrabat· Se
quiť· Dixerūt ergo ei· q̄s es· vt reſpōſuꝫ demꝰ
his qui miſerūt nos· quid dicis de teipſo Cri
ſoſto· Vides hic vehemēcius inſiſtētes et inter
rogantes· Hunc autē cū manſuetudine eas que
non erāt vere ſuſpitōnes deſtruentē et ea que ē
vera ponētē· Vnde ſequiť· ait· Ego vox clamā
tis in deſerto Augu· Yſaias illud dixit· In io-
hanne ꝓphetia iſta completa eſt Grego· Sci-
tis autem q̄ vnigenitus filius verbum patris
vocatur· Ex ipſa autem noſtra locutōne cogno
ſcimus· quia p̄us vox ſonat vt verbum poſſit au
diri· Johannes ḡ vocē ſe aſſerit eſſe· qꝛ verbuꝫ
p̄cedit· ꝛ p eiꝰ miniſteriū· patris verbum ab ho
minibus audiť Orige· Ineleganter autē he-
racleon de iohanne et ꝓphetis cōſiderans· ait·
qm̄ verbum quidem ſaluator eſt· vox autem p
iohannem intelligiť· Solus em̄ ſonus eſt omnis
gradus ꝓpheticus· Cui dicendū· q̄ ſi nō ſignifi
catiuam vocē dederit tuba· nēo ſe accinget ad p̄
liū· Si ergo nil aliud q̄ ſonus eſt vox ꝓphetica
quomodo trāſmittit nos ad illā ſaluator· Scru
tamini inquit ſcripturas· Dicit autē iohannes
ſe eſſe vocem non clamātem in deſerto· ſꝫ clamā-
tis· eius ſcꝫ qui ſtabat et clamabat Si quis ſitit
veiat ad me et bibat· Clamat em̄ ut diſtātes au
ditu pcipiāt· ꝛ graueꝫ habentes auditū ſenciāt
immenſitatē eoꝝ que dicunť Theo· Vel quia
veritatē manifeſte annūciat· omnes em̄ qui ī le
ge erant· obſcure loquebanť· Grego· Vel in
deſerto iohānes clamat· quia quaſi derelicte ac
deſtitute iudee· ſolatiū redemptoris annūciat·
Origenes· Opus autē vocis in deſerto claman-
tis eſt· vt anima deo deſtituta· ad rectam facien
dam viam domini reuoceť· nequaq̄ p̄uitatē ſer
pentium greſſus ꝓſequendo· ſcd̄m contemplatō
nem quideꝫ ſublimatā in veritate abſqꝫ pmixtio
ne mendacij et ſecūdum actōnem poſt cōgruam
ſpeculatōnem licitū opus referentē· Vnde ſeq̄ť
Dirigite viam dn̄i ſicut dixit Yſaias ꝓpheta·
Grego Via dn̄i ad cor dirigiť cū veritatis ſmo
humiliter auditur· Via dn̄i ad cor dirigiť cuꝫ
ad p̄ceptū vita p̄parať

Et qui miſſi fuerant
erant ex phariſeis· et
īterrogabant euꝫ et
dixerūt ei· Quid ergo
baptizas· ſi tu non
es xp̄s neqꝫ helias ne
qꝫ ꝓpheta· Reſpōdit
eis dicens· Ego bap
tiſo in aqua· Mediuſ
auteꝫ veſtrum ſtetit·
quē vos neſcitis· Ip
ſe eſt q̄ poſt me venit
qui ante me factꝰ eſt
cuiuſ non ſum dignꝰ
vt ſoluam corigiam
calciamenti· Hec in
bethania facta ſunt·
traſiordanē· vbi erat
iohannes baptizans

Origenes· Facta re-
ſponſione verſus ſa
cerdotes ꝛ leuitas
denuo miſſum eſt a
phariſeis· Vnde dť
Et qui miſſi fuerāt
erant ex phariſeis·
Quantū em̄ ex ipſo
ſermone coniectura
ri cōtingit· dico ter
ciū eſſe hoc teſtimo
niū· Vide tn̄ quō iu
xta ſacerdotalem ꝛ
leuiticam pſonā eſt
cū māſuetudie ꝓla
tuꝫ illud· Tu qui es
Nihil em̄ arroganſ
vel ꝓteruū in eoꝝ
queſtione contineť
ſꝫ cuncta decēcia ve
ros dei miniſtros·
Sed phariſei ſcd̄m
ſuū nomē · diuiſi et i
portuni ex diſcordi
a cōtumelioſas vo
ces p̄tenderūt bapti
ſte· Vnde ſequitur·
Et dixerūt ei Quid
ḡ baptizas ſi tu n̄
es xp̄s neqꝫ helias neqꝫ ꝓpheta· Non quaſi ſcire
volentes· ſed ꝓhibere eum a baptiſmo· Deinde
ſcd̄o neſcio quo pacto ꝓmi ad baptiſmū iuerūt ad
Johannem· Huius autē ſolutio eſt· qꝛ phariſei
n̄ credētes accedūt ad baptiſma· ſed ex ypocriſi
eum timerent populū· Criſo· Vel ipſi ijdem ſa
cerdotes et leuite ex phariſeis erant· ꝛ quia blā
dicijs eum non valuerūt ſupplantare· accuſatōꝫ
ei immittere temptāt· cogentes eum dicere qd̄
non erat· Vnde ſequiť· Et interrogauerūt eum
et dixerūt· Quid ergo baptizas· ſi tu non es xp̄s
neqꝫ helias· neqꝫ ꝓpheta· quaſi audacie videba
tur eſſe baptizare· ſi xp̄s nō erat· nec p̄curſor il
lius· nec p̄co id ē ꝓpheta· Greg· Sed ſanctuſ
quiſqꝫ etiam cum puerſa mente requiritur a bo-
nitatis ſue ſtudio nō mutať· Vnde Johannes q̄ꝫ
ad verba inuidie p̄dicamenta reſpondit vite
Vnde ſequiť· Reſpondit eis dicens· Ego bapti-
ſo in aqua Origenes· Ad illud em̄ Quid ergo
baptizas· Quid aliud afferre decebat· niſi ꝓpium
baptiſma carnale p̄tendere Greḡ· Johannes
em̄ nō ſpū· ſꝫ aqua baptizat· quia peccata ſoluē
non valebat· baptizatoꝝ corpa per aquam la-
uat· ſꝫ tn̄ animas p veniā non lauat· Cur ḡ bap
tizat· qui peccata p baptiſmū non relaxat· Niſi
vt p̄curſionis ſue ordinē ſeruans· ſcꝫ q̄ naſciturꝰ
ruꝫ naſcendo p̄uenerat· baptizaturꝫ q̄ꝫ dn̄m bap
tizando p̄ueniret· et qui p̄dicando factus eſt p̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

curſor criſti· baptizando etiā p̄curſor ei⁹ fieret imitatōne ſacramenti· Qui inter hec miſteriū redemptōis noſtre annūcians· hūc in medio hominū ⁊ ſtetiſſe aſſerit· ⁊ neſciri· Sequit̄ eñ· Medius aūt vr̄m ſtetit quē vos neſcitis· quia p̄ carnem dn̄s apparens et viſibilis extitit corpore et inuiſibiliſ maieſtate Criſo· Hoc autē dixit qm̄ decens erat· xp̄m cōmixtū eſſe populo vt vnum multoꝝ ſe vbiqꝫ humilem eſſe docentē· Cum aūt dixit· Quem vos neſcitis· ſcienciam hic cognicionem certiſſimā dicit· puta quis eſt· ⁊ vnde ſ Augu· Humilis eñ nō videbat̄· et ꝓpterea lucerna accenſa eſt· Theo· Vel medi⁹ erat phariſeoꝝ dn̄s· ſed ignorabant eū· quia ipſi ſcripturas ſe ſcire putabant· ⁊ inqꝫtum in illis prenūciabat̄ dn̄s· medius eoꝝ erat· ſcꝫ in cordibus eoꝝ· ſed neſciebāt eū· eo q̄ ſcripturas nō intelligebant· Vel aliter· Medius quidem erat· inq̄ꝫtum mediator dei exiſtens et hominū xp̄s ihes⁹ medius phariſeoꝝ extitit· volens illos deo iungere· ſꝫ ipſi neſciebant eum· Origenes· Vel aliter ꝫ edito· Ego baptizo i aqua ad illud· Quid ḡ baptizas? Ad ſecundū· ſi tu non es criſtus? p̄ſcomū de p̄cedēte criſti ſubſtācia ꝓponit· q̄ tanta ſit ei virtus q̄ inuiſibilis ſit ſua deitate· cum ſit p̄ſens cuilibet ⁊ totū p̄ orbeꝫ diffuſus· quod notat̄ ex illo· Medi⁹ veſtrū ſtetit· Hic eñ per totam orbis machinā effluxit· ſic vt que creantur· p̄ ipſū creent̄· oīa eñ p̄ ipſū facta ſūt· Vnd̄ palam eſt q̄ inquirentib⁹ a iohanne quid ergo baptizas· ipſe medius erat· Vel qd̄ dicit̄· in medio veſtrū ſtetit· intelligendū eſt de nobis hominibus· Cum eñ ſim⁹ racionales· in medio noſtrum exiſtit· ex eo q̄ p̄ncipale ſcꝫ cor· in medio tocius corporis inſitū eſt· Qui ergo verbum in medio gerūt· non autem cognoſcūt de illi⁹ natura· nec de quo fōte manauit· nec quomodo cōſiſtit in eis· hi verbum in medio ſui obtinentes ignorant· quod tn̄ iohannes agnouit· Vnde exꝓbrando dicit ad phariſeos· Quem vos neſcitiſ quia expectātes phariſei criſti aduentū nihil tā arduū de eo ↄtemplabātur· ſolū hominē ſanctū exiſtimantes euꝫ eſſe· Dicit autem ſtetit· nā ſtat pat̄ inuariabilis exiſtens ⁊ inpmutabilis· Stat qꝫ verbū eius ad ſaluādum cōtinuo q̄uis carnē ſuſcipiat q̄uis mediū hominū ſtet inuiſibile Ne vero putet aliquis aliū eſſe inuiſibilem ad oīs homines venientem· vel ad vniuerſum orbem ab eo qui humanatus eſt· ⁊ in terra cōparuit· Subdit· qui poſt me venit hoc eſt qui poſt me apariturus eſt· Non autem idem denotat̄ hic p̄ ꝫ qd̄ dicit poſt ⁊ cum ihesus nos poſt ſe inuitat Illic eñ ſequi poſt ipſū p̄cipit̄ nobis· vt ei⁹ indagādo veſtigia p̄ueniamus ad patrem· hic aūt vt pateat quid ſequat̄ ex iohannis dogmatib⁹ venit eñ vt cūcti credant p̄ eū ꝑparati ad pfectum verbum p̄ minora· Dicit ergo· Ipſe eſt q̄ poſt me venit Criſo· Ac ſi diceret· Ne exiſtimetis totū in meo cōſiſtere baptiſmate· Si eñ meum baptiſma pfectū eſſet· alius nō veniret p⁹ me· aliud baptiſma daturus· Sed hec ꝑparatio

Criſoſtomus· Nichil igitur ſenſibiliuz
inquiras· neqꝫ eſtimes quod carnem generet
ſpiritus· domini enim caro genita eſt· non qui
dem a ſpiritu ſolum· ſed eciam a carne· Quod
autem natum eſt ex ſpiritu ſpirituale eſt· Na=
tiuitatem enim hic non eam que ſecundum ſub=
ſtanciam dicit· ſed eam que ſecundum hono=
rem et graciam· Sic igitur et filius dei ita
natus eſt· quid plus habebit omnibus qui ita
nati ſunt· Inuenietur autem et ſpiritu minor·
cum eius natiuitas gracia ſpiritus fit· Et
quid hec a iudaicis diſtāt dogmatibus Vide au
tem et ſpiritusſancti dignitatem· Dei enim
opus videtur facere· Supra enim dixit· Quo/
niam ex deo nati ſunt· Hic autem quoniam ſpi
ritus eos generat· Dicens autem criſtus quo
niam qui natus eſt ex ſpiritu· ſpiritus eſt· quia
turbatum rurſus vidit· ad ſenſibile exemplum
ducit ſermonē dicens· Non mireris· quia dixi
tibi· Oportet vos naſci denuo· dicendo enim ne
mireris· oſtendit animi eius turbacionem· Po
nit autem exemplum· ꝙ neque communionem
aliquam ad corporum groſſiciem habet· neqꝫ
ad incorporeorum perueniens naturam· quod
eſt venti delacio dicens· Spiritus vbi vult
ſpirat· et vocem eius audis· ſed neſcis vnde ve
niat aut quo vadat· Sic eſt omnis qui natus
eſt ex ſpiritu· Quod dicit tale eſt· Si ventum
nullus detinet· ſed quo vult fertur· multoma=
gis ſpūs actionē nature leges detinē non pote
runt· non terminum corporalis natiuitatis neqꝫ
aliud quid talium· Quoniam autem de vento
hic dictum eſt· manifeſtat illud quod dicit· vo=
cē eius n̄ audis· id eſt ſonitum percuſſionis· non
enim loquens infideli et neſcienti ſpiritus actu=
onem hoc diceret· Dicit antem vbi vult ſpirat
non quaſi electionem quandam vento habente
ſed iam que a natura eſt mutacionem que non ꝓ
hibetur· et cum poteſtate fit· Et neſcis vnde
veniat aut quo vadat· id eſt ſi huius ſpiritus
cuius ſenſum ſuſcipis auditu et tactu interpreta
ri neſcis viam qualiter diuini ſpiritus operacio
nem ſcrutaris· Vnde ſubdit· Sic eſt omnis
qui natus eſt ex ſpiritu·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Auguſtinus· Sed quis noſtrũ non videat ver=
bi gracia· auſtrũ euntem a meridie ad aquilonẽ
aut aliũ ventũ venientẽ ab oriente et occidente
quomodo ergo neſcimus vnde veniat aut quo eat.
Beda· Spiritus igitur ſanctus eſt qui vbi vult
ſpirat· quia ipſe in poteſtate habet cuius cor gra
cia ſue viſitacionis illuſtret· Et vocem eius audis
cum te preſente loquitur is qui ſpũſancto repletus
eſt· Auguſtinus· Sonat pſalmus· ſonat euange=
liũ· ſonat ſermo diuinus· vox ſpũs eſt· hoc igitur
dicit quia verbo et ſacramento inuiſibiliter adeſt
ſpũſſanctus vt naſcamur· Alchuinus· Ergo ne
ſcis vnde veniat aut quo vadat· quia et ſi te preſen
te ſpiritus ad horam quempiam repleuerit· nõ
poteſt videri quomodo in eum intrauerit· vel quo
modo redierit· quia natura eſt inuiſibilis Hai
mo· Siue neſcis vnde veniat quia quomodo cre
dentes ad fidem introducat ignoras· vel quo va=
dat· quia quomodo fideles ad ſpeciẽ perducat ne
ſcis· Et ſic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu Ac ſi
dicat Spiritusſanctus ſpiritus inuiſibilis eſt· ita
et quiſque ex ſpũ naſcitur inuiſibiliter naſcitur· Au
guſtinus· Vel aliter· Et ſi tu naſcaris de ſpiritu h
eris· vt ille qui non eſt natus adhuc de ſpũ ne=
ſciat vñ venias aut quo eas· Hoc enĩ ſecutus ait
Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu Theo·
Confundatur ergo macedonius impugnator ſpiritus qui
ſeruũ ſpũſanctum aſſeruit· Spiritus enĩ ſanctus
propria poteſtate et vbi vult et qualiter vult operatur·
Haimo· Miſteriũ
diuine maieſtatis ni
codemus capere nõ
valet que a domino
audiebat et ideo ra
cionem querens· fa
ctum non abnegãs
non voto repꝛehen=
dentis· ſed affectu di
ſcentis dominũ in=
terrogat· Vnde dicitur·

**Reſpondit nicode=
mus et dixit illi· Quo
modo poſſunt hec fieri·
Reſpondit ihs et dixit ei·
Tu es magiſter in iſrael et hec
ignoras· amẽ amẽ dico
tibi quia quod ſcimus loquimur
et quod vidimus teſtamur
et teſtimoniũ noſtrum nõ ac
cipitis· ſi terrena dixe
ro vobis et nõ creditis·
quomodo ſi dixero vo
bis celeſtia credetis**

Reſpondit nicode=
mus et dixit ei· quo
modo poſſunt hec
fieri· Criſo· Quia
igitur adhuc in iudai
ca vilitate manet·
et exemplo ita ma=
nifeſto dicto ei· ad=
huc interrogat per re
liqua aſperius ad eũ criſtus loquitur· Vñ ſequitur· Reſpõ
dit et dixit ei· Tu es magiſter in iſrael et hec ig
noras· Auguſtinus· Quid putamus dominum
huic magiſtro iudeorum quaſi inſultare voluiſſe· vo
lebat quidem illum naſci de ſpiritu· Nemo autem
ex ſpũ naſcitur niſi humilis fuerit· quia ipſa humi
litas facit nos naſci de ſpũ· Ille autem magiſte
rio inflatus erat et alicuius momẽti ſibi eſſe vide
debatur· quia doctor erat iudeorum· Deponit ergo
dominus eius ſuperbiam· vt poſſit naſci de ſpũ·
Criſoſtomus· Nequaquam tamen nequiciam accu
ſat viri· ſed inſipienciã et ruditatem ſolum· ſed di
cet aliquis· quid comune habet hec natiuitas·
de qua ſcilicet criſtus locutus eſt ad iudaica dogma=
ta· Habet quidem comune· Nam qui primus homo
factus eſt· et que de coſta facta eſt mulier· et que
ſteriles genuerunt· et que per aquam miracula per
fecta ſũt· Dico autẽ quod heliſeus de aqua ferrum
eduxit· et quod iudei mare rubrum tranſierunt· et quod
naaman ſirus in iordane purgatus eſt· Hec omnia
natiuitatẽ ſpiritualẽ et purgamentũ in ea futu
rum figuraliter preſonabat· Et ea que a prophetis
ſũt dicta occulte oſtendunt hunc natiuitatis mo
dum· vtputa illud· Renouabitur vt aquile iuuen=
tus tua· et beati quorum remiſſe ſũt iniquitates· Sed
et yſaac figura huius natiuitatis erat· Hec igitur
rememorans dixit· Tu es magiſter in iſrael et hec
ignoras· Rurſus autem aliunde ſuũ ſermonem ei cre
dibilem facit ad inbecillitatem eius condeſcendẽs
cum ſubdit· Amen amen dico tibi· quia quod ſci
mus loquimur· et quod vidimus teſtamur· et te=
ſtimoniũ noſtrũ non accipitis· Apud nos viſus
alijs ſenſibus cercior eſt· Et ſi volumus aliquem
facere credere· ita dicimus· quoniam oculis noſtris vi
dimus· propterea xp̃s humano loquẽs ad eum ſer
mone· non viſum ſenſibilem inducit· Sed manife
ſtum eſt quod de certiſſima cognicione et nõ aliter
ſe habente loquitur· igitur hoc quidem id eſt quod ſcimus
ait de ſeipſo ſolo· Haimo· Queritur autem quare plu
raliter dicat· Quod ſcimus loquimur· Ad quod
dicendum quod vnigenitus dei filius erat qui hoc lo
quebatur oſtendens qualiter pater eſt in filio· et
filius in patre· et ſpiritusſanctus ab vtroque indi=
uiſibilis procedat· Alchuinus· Vel dicit plura=
liter ac ſi dicat· Ego et illi qui modo ſpũ ſũt re=
nati· intelligimus illud quod loquimur· et quod
vidimus apud patrem in abſcondito· hoc teſta
mur foris in mundo· et vos qui carnales eſtis et
ſuperbi non accipitis teſtimoniũ noſtrum The
philus· Quod nequaquam de nicodemo dicit· ſed
de genere iudeorum qui vſque ad finẽ in perfidia per=
manſerunt Criſoſtomus· Quod quidem non tur=
bati verbum eſt· ſed manſuetudinem oſtendentis·
Hinc enĩ erudit nos cum ad aliquos locuti fue=
rimus et non perſuaſerimus· non triſtari neque iraſci
ſed noſtrum ſermonẽ credibilem facere non ſolum
non iraſcendo ſed etiã non clamando· Materia enĩ
ire clamor eſt· Iheſus autem dogmata excelſa
tangere debens· propter audienciũ infirmitatem ſe
detinet multociens· et non continue dignis ſua
magnitudine dogmatibus immoratur· ſed magis his
que condeſcenſionem habent· Vnde hic ſubditur
Si terrena dixero vobis et non creditis· quomõ
ſi dixero vobis celeſtia credetis· Auguſtinus·
Hoc eſt ſi non creditis· quia templũ poſſum ſu
ſcitare deiectum a vobis· quomodo credetis quia
per ſpũſanctum poſſunt homines regenerari·
Criſo· Vel aliter ſi baptiſmũ terrenum dicat·
non mireris quia in terra perficitur· et comparacõne il=
lius natiuitatis ſtupende que eſt ex ſubſtancia
patris· terrena eſt gracie natiuitas· Et bene nõ
dixit· Non intelligitis· ſed non creditis· Nam cum
quis aliqua per intellectum ſuſcipere nõ valet· amẽ
cie vel ignorancie imputatur· Cum autem hec nõ ſu
ſcipiat aliquis que ſolum fide oportet ſuſcipere· nõ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

amencie·ſed infidelitatis eſt accuſatio· Dicebāntur aūt hec· et ſi non credebant· q2 poſteri erāt ea ſuſcepturi·

**Et nemo aſcēdit i celum niſi qui deſcēdit de celo filiꝰ hominis qui eſt in celo**

Auguſtinꝰ de baptiſmo paruulorum· Notata paululū eiꝰ imperacia qui ſe ceteris de magiſterio pferebat· et omniū taliū incredulitate rephenſa· reſpōdet q alij credant ſi illi non credunt ad illud quod interrogatus eſt· q̄modo poſſunt iſta fieri· dicens· et nemo aſcēdit in celum niſi qui deſcendit de celo· filius hoīs qui ē in celo· quaſi diceret· ſic fiet generacio ſpiritualis vt ſint celeſtes homīes ex terrenis· qꝺ adipiſci non poterūt niſi membra mea efficiant· vt ipſe aſcendat qui deſcendit· non aliud deputans corpus ſuū· id eſt eccleſiam ſuam q̄ ſeipſum

Grego· xxvij· moraliū· Quia em̄ nos vnū cum illo iam facti ſumus vnde ſolus venit· in ſe ſoluſ redit· eciam in nobis et is qui in celo ſemp ē ad celum quotidie aſcendit Auguſtinꝰ· de baptiſmo paruuloꝝ· q̄uis aūt in terra factus ſit filius hominis· diuinitatē tn̄ ſuam qua in celo manens deſcendit ad terrā· nō indignās cenſuit· nomie filij hominis ſicut carnē ſuā dignatꝰ eſt nomie filij dei· p vnitatē em̄ pſone qua vtraq3 ſubſtancia vnus eſt criſtꝰ et filiꝰ dei ābulabat i terra· et idem ipſe filiꝰ hominis manebat in celo· Fit g̃ credibilioꝝ fides ex incredibilioribꝰ creditis· Si em̄ diuina ſubſtancia longe diſtancior potuit ꝓpter nos ita ſuſcipe humanā ſubſtanciā vt vna pſona fieret· q̄to credibiliꝰ alij ſancti fiunt cum homine criſto· vnus criſtus· vt omnibꝰ peius graciam aſcendentibus· ipſe vnꝰ aſcendat i celū q̄ d celo dſcēdit Cri· Vel alit· q2 dixerat nicodemus· ſcimus quoniam a deo veniſti magiſter ne eſtimetur ita eſſe magiſter· vt multi ꝓphetaꝝ d terra exiſtimantes· ſubiungit· et nemo aſcendit in celum· niſi qui deſcendit de celo filius hominis qui in celo eſt Theo· Cum vero filium hominis deſcendiſſe de celo audis n̄ putes q de celo caro deſcendit· hoc em̄ hereticoꝝ dogma eſt· qui dicebant q criſtus de celo corpꝰ ſumpſerat et p virginē tranſierat· Cri· Filiū· n· hoīs non carnē h vocauit· ſed a minori ſubſtancia ſe totū nominauit· Eſt em̄ ei conſuetudo multociens a diuinitate· multociēs ab humanitate totū vocare· Beda· Si em̄ aliquis homo nudus de monte ad conuallia deſcendat· et aſſumptis veſtimentis etiā armis ad eundem montem aſcendat recte ipſe idem q̄ pus deſcēdit aſcēdiſſe phibet· Hila· x· de trini· Vel q2 de celo deſcendit concepte de ſpū originis cauſa ē Non em̄ corpori maria originem dedit· licet ad incrementa partumq3 corporis omne qꝺ ſenſus ſui eſt naturale contulerit· q vo hominis filius eſt ſuſcepte in virgine carnis eſt partus· q aūt in celis eſt nature ſemp pmanentis poteſtas· ē q̄ nō ex infirmitatis ſue virtute in regionē diffiniti corporis coartauit verbi dei poteſtatem· c̄i in forma ſerui manens ab omni intra extraq3 celi mundiq3 circulo· celi ac mundi dominus non abfuit· Per hoc ergo et de celo deſcendit· quia filius hominis eſt· Et in celis eſt quia verbuz caro factū non amiſerat manere quod factum eſt·

Auguſtinꝰ· Miraris autem· q2 hic erat et in celo· Tales fecit diſcipulos ſuos· Paulum audi dicentem Noſtra conuerſacio in celis eſt· Si homo paulus ambulabat in terra et conuerſabat̄ i celis deus celi et terre non poterat eſſe in celo· et in terra Criſo· Vide autem quia quod valde videt̄ excelſum· indignū eſt ſua magnitudie Non em̄ ſolū in celo eſt· ſ3 vbiq3 et omnia replet Sed adhuc imbecilitatez auditoris loquit̄ paulatim eum reducere volens· Criſo· Quia dixerat bn̄ficiū baptiſmi inducit huius cauſam ſcilicet crucem dicens· Et ſicut moyſes· ꝛc̄·

**Et ſicut moyſes exaltauit ſerpentē in deſerto Sic exaltari oportet filiū hoīs· ut omis qui credit in ipm non pereat ſed habeat vitam eternam·**

Beda Magiſtrū legis moſaice ad ſpiritualez ſēſum eiuſdem legiſ iducit· recordās veteris hiſtorie· et hanc in figuraz ſue paſſionis atq3 humane ſaluacionis factam ediſſerens· Auguſtinus d baptiſmo paruuloꝝ· Serpentū em̄ incurſibus in deſerto multi moriebant̄· ac ſi moyſes ex pcepto domini exaltauit in deſerto eneum ſerpētem hunc videntes ſanabant̄ continuo· Exaltatus ſerpēs eſt mors criſti· eo ſignificandi modo quo p efficientē id qꝺ efficit̄ ſignificat̄· A ſerpente quippe mors venit· qui peccatuz quo mori meret̄ homini pſuaſit· Dominꝰ autem in carnem ſuam non peccatū tranſtulit tanq̄ venenuz ſerpentis ſed mortē· vt eſſet in ſimilitudine carnis peccati pena ſine culpa· Vnde in carne peccati et pena ſolueret̄ et culpa Theo· Videas g̃ figuram ad veritatem· Ibi em̄ ſerpentis ſimilitudo ſpeciem quidem beſtie habet· venenū aūt non habet· Sic et hic criſtus a peccato liber· in ſimilitudinem carnis peccati venit· Exaltari aūt audiens ſuſpenſionem· intelligas in altum· vt ſāctificaret aerem· qui ſanctificauerat terrā ambulando in ea· intelligas eciam p exaltacionem gloriam· Nam illa crucis altitudo gloria criſti facta eſt· In quo em̄ iudicari voluit· in hoc huius mundi pncipez iudicauit· Adā em̄ iuſte mortuus eſt· q2 peccauit· dominꝰ vero iniuſte quia peccatum non fecit· Poſtq̄ ergo iniuſte mortē ſuſtinuit· ſuperauit illum qui eum tradidit morti· et ſic liberauit adam a morte· ſed in hoc deuictum ſe inuenit· Non em̄ potuit in cruce dominū contriſtare vt crucifigentes odiret· ſed magis diligebat et ꝓ eis orabat· Sic igit̄ crux xp̄i eiꝰ exaltacio et gloria facta eſt· Criſo· Ideo eciā nō dixit· Pendere oportet filiū hominis ſed exaltari· quia honeſtiꝰ hoc videbat̄· Vnde et ꝓpter audientem et ꝓpter figuram hoc poſuit vt diſcas quoniā cognata ſūt vetera nouis· Dem

vt cognoſcas qm̄ non inuitus ad paſſionem ve-
nit · et adhuc vt diſcas · qm̄ multis hinc naſcitur
ſalus · Auguſtin⁹ de baptiſmo paruulorum ·
Sicut ergo tunc qui conſpiciebat · exaltatū ſer
pentē et a veneno ſanabat̄ · et a morte liberaba
tur · ſic nunc qui conformabat̄ ſimilitudini mor
tis criſti p fidem baptiſmūq; eius · et a peccato
p iuſtificacionē · et a morte p reſurrectionem li-
beratur · hoc eſt em̄ quod ait · vt omnis qui cre
dit in eum nō pereat · ſed habeat vitam eternā
Quid ḡ opus eſt vt morti criſti p baptiſmū cō-
formet̄ paruulus ſi morſu ſerpentis non eſt om
nino venenatus · Criſoſtomus · Attende autē
q̄ paſſionē obumbrate poſuit rexe ei⁹ verbis ſi
eret triſtis auditor · Fructū vō paſſionis poſuit
manifeſte · Si em̄ qui credunt in crucifixum nō
pereunt multomagis qui crucifixus ē non perit
Auguſtin⁹ · Hoc autem intereſt inter figura
tam imaginē et rē ipſam q̄ illi ſanabāt̄ a morte
ad tēporalē vitā · Ibi aūt vt habeāt vitā et̄nam

Sic em̄ deus dilexit
mūdum vt filium ſuū
vnigenitū daret vt
omnis qui credit ī eū
non pereat ſed habe
at vitam eternam · nō
enim miſit deus filiū
ſuum in mundū vt iu
dicet mundum ſed vt
ſaluetur mundus per
ipſum · Qui credit in
eum non iudicatur ·
Qui autē non credit
iam iudicatus eſt q̄a
non credit in nomine
vnigeniti filij dei ·

Criſoſto · Quia
dixerat · oportet ex
altari filiū hominis ī
quo mortem occul-
te ſignificauit · ne
auditor triſtis ab
his fieret verbis ·
humanum q̄d de eo
ſuſpicans et mortē
eius eſtimans nō eē
exiſtenciam · hoc ad
rectitudinē reducit
Filiū dei dicens eū
qui dat̄ ad mortem
et mortem ei⁹ cauſā
eſſe vite eterne · vn̄
dicit · Sic em̄ deus
dilexit mūdū vt fi-
liū ſuū vnigenitū
daret · vt omnis q̄
credit in eum nō pe
reat · ſed habeat vi
tam eternā · Quaſi
dicat · Ne mireris ·
qm̄ ego debeo exaltari vt vos ſalueminī · etem̄
et patri hoc videtur · q̄ ita nos dilexit vt p̄ ſer
uis indeuotis filiū dederit dicendo autē Sic de
us dilexit mundū multam indicat amoris inten-
cionem · Multa em̄ eſt et infinita diſtācia q̄ em̄
imortalis · q̄ ſine pncipio · qui magnitudo infini
ta eos qui ſūt ex terra et cinere infinitis plenos
peccatis dilexit · Sed et ea que poſt hoc ponit
oſtentatiua ſūt magni amoris · Non em̄ ſeruum
non angelum non archangelū dedit · ſed filium
ſuum · Rurſus ſi filios plures habuiſſet · et dediſ
ſet vnum · hoc etiā eſſet maximū · Nūc vero vni
cum dedit filium · Vnde ſubdit · Vnigenitum ·
Hilari⁹ ſeptimo de trini · Sed ſi dilectōnis hic
fides eſt creaturam creature p̄ſtitiſſe · non facit
magni meriti fidem vilis et ſpernenda iactura ·
Precioſa autem ſunt que cōmendant caritatem
et ingencia ingentibus eſtimant̄ · De⁹ diligens
mundum non filiū adoptiuū · ſed ſuū et vnigeni
tū dedit · hinc p̄pietas eſt · natiuitas eſt · veritas
eſt · non creatō eſt non adoptō eſt · nō falſitas ē
hinc dilectōnis et caritatis fides eſt vt ad mun
di ſalutē et filiū ſuū et vnigeitū p̄ſtitiſſ; Theo
Videt̄ autem mihi q̄ ſicut ſupius dixit · q̄ filius
hominis deſcendit de celo · cum caro de celis nō
deſcenderit · ſ; p̄pter vnā pſonā in criſto que dei
ſūt attribuit homini · Sic et nunc econuſo q̄ ſūt
hominis · verbo dei app̄riat · Etem̄ deus dei fili
us impaſſibilis manſit · Sed q̄ vnus erat ſcd̄m
ypoſtaſim dei fili⁹ et homo qui paſſionē ſuſti-
nuit filius dari dicit̄ in mortē q̄ paſſibiliter pa
ciebat̄ · non natura p̄pa ſ; carne p̄pa · Eſt autem
maxima vtilitas oſecuta ex huiuſmodi dacione
mentem excedens humanam · Sequit̄ em̄ vt oīſ
qui credit in eum nō pereat · ſed habeat vitam
eternā · Vetus namq; teſtamentū his qui ſua-
bant illud dierū longitudinem p̄mittebat · Euā
geliū vō eternā et inſolubilem vitam Augu
ſtin⁹ · Notādum vō q̄ eadem de filio dei vnige
nito replicat · que de filio hominis in cruce ex-
altato p̄miſerat dicens · Vt omnis qui credit in
eum · q̄ idem redemptor et conditor noſter fili
us dei ante ſecula exiſtēs · filius hominis factus
eſt in fine ſeculorū · vt qui p diuinitatis ſue po
tenciam nos creauerat ad pfruendam beatitudi
nem phennis vite · ipſe p fragilitatem humani
tatis noſtre nos reſtauraret ad pcipiendā quā
pdidimus vitam · Alchuin⁹ Vere autem p fi-
lium dei habebit mundus vitam · quia non alia
cauſa venit in mundū niſi vt ſaluet mundum · vn̄
ſequit̄ · Non em̄ miſit deus filiū ſuū in mundum
vt iudicet mundum · ſ; vt ſaluet̄ mundus p ipſū
Auguſtin⁹ · Quare em̄ ſaluator mundi dict⁹ ē
niſi vt ſaluet mundum · Ergo q̄tum in medico ē
ſanare venit egrotū · Ipe ſe interimit qui p̄cep
ta medici ſeruare non vult aut contempnit ·
Criſo · Sed q̄ hoc dicit · multi pigrorū ī pec
catorū magnitudine et negligencie ſupabun-
dancia dei abutentes miſericordia dicunt non ē
gahēna · non eſt ſupplicū · omnia nobis de⁹ pec
cata dimittit · Sed conſiderandū eſt q̄ duo ſunt
criſti aduentus · qui iam fact⁹ eſt et qui vētur⁹
eſt · et p̄or quidem fact⁹ eſt · non vt iudicet que
facta ſūt a nobis · ſed vt dimittat · Secund⁹ aūt
non vt dimittat ſed vt iudicet · De p̄ori igit̄ ait ·
Non veni ut iudicē mūdum · q̄ em̄ clemens eſt
non facit iudiciū ſed interim remiſſionē oīm pec
catorū p baptiſmū p̄mo · et poſtea p penitenciā
quia ſi hoc modo non feciſſet · vniuerſi ſimul p-
diti eſſent · Omnes em̄ peccauer̄t et egent gracia
dei · ne igit̄ aliquis crederet ſe impune peccare
ſubdit de pena non credentis · Qui credit in eum
non iudicat̄ · Qui credit inquit · non qui inueſti-
gat · quid igit̄ ſi inmūdam habeat vitā · marie
quidam paulus tales non fideles eſſe dicit · Cō
fitentur inquit ſe noſſe deū · factis autem negāt
ſed hoc illud ſignificat · quia ſcd̄m hoc qui cre-
dit nō iudicat̄ · ſed operū quidem grauiorem
ſuſtinebit penam · infidelitatis autem cauſa non
torquebit̄ · Alchuin⁹ · Vel qui credit in eum

etadheret ei vt membrū capiti non iudicabitur
Auguſtinꝰ·Quid autē dictuꝝ ſperabas d co
qui non credit niſi qꝫ iudicaē·Sed vide quid di
cit·Qui autem nō credit iam indicatus eſt·Non
dum apparuit iudiciū·ſed iam factum eſt iudiciū
Nouit enī dn̄s qui ſunt eius·Nouit qui pmaneāt
ad coronā et qui pmaneant ad flammā Criſo·
Ad hoc dicit quia ipſum diſcredere impenitēn
tem ſuppliciū eſt·Eſſe enī extra lumen eciaꝫ ſcdm
ſe maximū ſuppliciū eſt·vel qd futuꝝ eſt p̄nūci
at·Sicut enī qui occidit hominē et ſi nondū ſen
tencia iudicantis odemnatꝰ ſit·rei tn̄ natura cō
demnatꝰ eſt·ita et qui incredulꝰ eſt ſicut et adā
qua die comedit de ligno mortuꝰ eſt· Grego
xxvij·mora·Vel aliē·In extremo iudicio aliqui
non iudicanē et pereūt·de quibꝰ hic dicitē·qui
non credit iam iudicatus eſt·Non enī eoꝝ tūc cā
diſcutiē·qui a conſpectu diſtricti iudicis iam cū
damnacōne ſue infidelitatis abſceſſerūt·pfeſſiōeꝫ
vero fidei retinētes·ſed pfeſſionis opa non ha
bētes·redarguūē vt pereant·Qui vo nec fidei
ſacramenta tenuerūt·increpacionem iudicis in
extrema examinacione non audiūt·qꝛ p̄iudicati
in infidelitatis ſue tenebris eius que deſpexerāt
inuectione argui non merenē·Princeps nam
terrenā rempublicā regens·aliter punit ciuem
interius delinquentē·atqꝫ aliter hoſtem exteri
us rebellantē·In illo iura ſua conſulit·otra ho
ſtem vero bella mouet·dignaqꝫ eius malicie tor
menta retribuit··De malo vero eius quid lex ha
beat non requirit·Neqꝫ enī lege neceſſe eſt peri
mi eum qui lege nūqꝫ potuit teneri Alchuinꝰ
Quare autem iudicatus eſt qui non credit·cau/
ſam aſſignat dicens·Quia non credit in nomine
vnigeniti filij dei·In hoc enī ſolo nomine ē ſalꝰ
Non habet deus multos filios qui poſſint ſalua
re hūc hꝫ vnigenitū p qꝫ ſaluat Aug·de bap·p·
Vbi ḡ puulos ponimus baptizatos·niſi int̄ eos
q̄ crediderīt·h̄ enī eis acquiritur per virtutem ſa
cramenti et offerentium rn̄ſioneꝫ·ac p hoc eos q̄
baptizati n̄ ſunt inter eos q̄ n̄ crediderīt ſtatuimꝰ
Alchuinꝰ reddit
cauſaꝫ quare nō cre
diderunt·et q̄re iu
ſte damnaē·dicens
Hoc eſt autem iudi
cium quia lux venit
in mundum Cri·
Quaſi diceret·Nūqꝫ
ipſi eam queſierunt
vel laborauerūt vt
inuenirent·Ipſa lux
venit ad eos nec ei
occurrerunt Vnde
ſequiē·Et dilexerīt
homines magis te
nebras qꝫ lucem·ex
hoc modo p̄uaē ho
mines excuſacione·
venit enī eripere a
tenebris et ad lucē
ducere·Quis ergo

**Hoc eſt autem iudici um·quia lux venit in mundum·Et dilexerīt homines magis tene bras qꝫ lucem·Erant enim eoruꝫ mala ope ra·Omnis enim q̄ ma le agit·odit lucem et non venit ad lucem ut non arguātur opera eius·Qui autē facit veritatem venit ad lu cem ut manifeſtentur opera eius quia i deo ſunt facta·**

eiꝰ qui non vult ad lucem accedere miſerebitur·
Beda·Lucē ſeipſū appellat·de qua ſupra euā
geliſta dixit·Erat lux vera Tenebras vo appel
lat peccata·Deinde qꝛ videbaē multis eſſe cre
dibile quod dictū eſt·Nullus enī tenebras p̄ho
norat luci·ſubdit cauſam quare hec paſſi ſūt di
cens·Erant enī eoꝝ opera mala·et ſiquidem in
iudiciū veniſſet·haberet hoc aliquam racioneꝫ
Quis enī maloꝝ ſibi conſcius eſt·fugere iudicem
conſueuit·Parcenti vero qui deliquerūt occur
runt·Dicens igiē·erant·eos qui multoꝝ ſibi
ipſi erant cōſcij peccatoꝝ·maxime criſto ad ig
noſcendum venienti occurrere·quod et in mul
tis factuꝫ eſt·Etenī publicani et peccatores ve
nientes recumbebāt cum iheſu·qꝛ vero quidaꝫ
ſūt ita molles ad eos·qui p virtute ſūt labores
vt vſqꝫ ad vltimū velint adherere malicie·In
hoꝝ iniuriam ſubdit·Omnis enī qui male agit
odit lucem·Quod quidem dictum eſt de his qui
eligūt in malicia manere· Alchuinꝰ·Quia eis
qui male agit odit lucem·id eſt qui eſt in inten
cione peccandi·cui placet peccatum·odit luceꝫ
que detegit peccatum Auguſtinꝰ decimo cō
feſſionū·Quia enī falli nolunt·et fallere volūt
amat enim eam cum ſeipſā indicat·et oderūt eā
cum eos ipſa indicat·Inde retribueē eis vt eos
nolentes manifeſtet et eis ipſa non ſit manifeſta
Amant ergo veritatem lucentē·Oderunt eaꝫ re
darguentē·Vnde ſequiē·Et non venit ad luceꝫ
vt non arguanē opa eiꝰ Criſo·Eum enī qui in
paganiſmo viuit nullꝰ redarguit q̄a deus tales
hꝫ·et digna dogmatibus opera demōſtrat·q̄
vero criſti ſunt male viuentes·ab omnibꝰ rectiſ
accuſanē·Si autem gentiles ſūt recte viuentes
hoc manifeſte non noui·Nō enim mihi dicas eoſ
qui a natura ſūt mites et honeſti·Non enim ē h̄
virtus ſed cum dic qui a paſſionibus ſuſtinet vi
olenciam et ſapienter viuit·Sed non vtiqꝫ ha
bes·Si enim regni enūciacio et gehenne mine
et alia tanta documenta vix detinent homines
in virtute nullo hoꝝ pſuaſi ptranſibunt virtu
tem·Si vo ypocriſim fingunt glorie gracia h̄
faciūt·Vnde cum potuerint latere non omittēt
vti malis deſiderijs·Que eciā vtilitas eſt cū ali
quis ſobrius ſit et nō rapit·ſit vo vane glorie
ſuꝰ·h̄ enī n̄ ē recte viuē·Inanis·n·glorie ſuꝰ
fornicario non minor eſt·Multo enim plura et
grauiora operatur· Si autem quidam recte
ſūt viuentes in gentilibus·non hoc aduerſatur
huic ſermoni quia nō frequenter contingit ſed
raro· Beda·Moraliter eciam illi magis tene
bras qꝫ lucem diligunt·qui ſuos p̄dicatores bn̄
docentes odijs et detractionibus inſequūē·Se
quiē·Qui autem facit veritatem venit ad lucem
vt manifeſtenē opa eius quia in deo ſūt facta·
Criſo·Nō autem de his qui ab inicio facti ſūt
criſtiani·hoc dicit·ſed tantum de his qui ex gē
tibus vel iudeis ad rectam diſponendi erant fi
dem·oſtendit enim quoniam nullꝰ vtiqꝫ eliget
in errore viuens ad fidem venire·niſi p̄us inſeri
bat ſibiipſi vitam rectam· Auguſtin de bap
tiſmo paruulorum·In deo autē facta dicit opa

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eius qui venit ad luceꝫ·quia intelligit iuſtifica
cionem ſuaꝫ non ad ſua merita ſed ad dei graciā
ꝑtinere Auguſtinꝰ ſup iohannem· Sed ſi oīa
opera deuſ mala inuenit· q̄modo quidam feceꝛt
veritatem et venerunt ad lucem·id eſt ad criſtū
ſed dilexerunt inquit ſup̄ tenebras magis ꝙ lu=
ceꝫ·Ibi poſuit vim· Multi dilexeꝛt peccata ſua
multi ea confeſſi ſūt·Accuſat deus peccata tua·
ſi et tu accuſes adiungeris deo·opoꝛtet vt ode
ris in te opus tuū·et ames in te opus dei·Ini=
ciū opeꝝ bonoꝝ confeſſio eſt opeꝝ maloꝝ· et
tunc facis veritatem·quia nō te palpas· non ti
bi blandiris Venis autem ad lucem quia hoc ip
ſuꝫ quod tibi diſplicuit peccatū tuū· nō tibi diſ
pliceret·niſi deus tibi luceret·et eius veritas ti
bi oſtenderet·Facit autem aliq̄s veritatem con=
feſſionis et venit ad lucem in operibus bonis·
etiaꝫ ꝓpter illa que videnꝰ minuta eſſe peccata
lingue aut cogitacionum· aut immoꝛacionis in
rebus conceſſis· qm̄ minuta plura peccata ſi ne
gliganꝰ·occidunt·Minute ſūt gutte q̄ flumen i
plent·Minuta ſūt grana harene·ſed ſi multe ha
rene imponāꝰ· harena p̄mit atq̄ opprimit·Hoc
facit ſentina neglecta·quod facit fluctꝰ irrueſ
paulatim p ſētinā intrat·ſed diu intrando nō ex
hauriendo mergit nauem Quid eſt auteꝫ exhau
rire niſi bonis opibus agere ne obruāt peccata
gemendo·ieiunando·tribuendo·ignoſcendo·

Poſt hec venit hieſꝰ
et diſcipuli eius in iu=
deam terrā et illic de
moꝛabatur cum eis ⁊
baptizabat·Erat au=
teꝫ iohānes baptizāſ
in ennon iuxta ſaliꝫ qꝛ
aque mlte erant illic
et veniebant et bapti
zabantur ·Nōdū eñ
miſſꝰ fuerat iohēs in
carcerē fcā ē ergo q̄
ſtio ex diſcipul' iohis
cū iudeis de purifica
cione· Et venerūt ad
iohānem ⁊ dixerūt ei
Rabi qui erāt tecum
tranſioꝛdanē cui eciā
tu teſtimoniū ꝑhibui
ſti·ecce h̄ baptizat et
omnes veniunt ad eū

Criſoſtomꝰ· Nihil
veritate apcius ne
q̄ foꝛciꝰ· que neq̄
latere vult·neq̄ pe
riculum foꝛmidat·
neq̄ inſidijs tremit
neq̄ gloꝛiam que a
multis eſt·deſiderat
nulli humanoꝝ ob
noxia·Vnde et dn̄s
in ſolēnitatibꝰ ihe
ruſalem aſcendebat
n̄ ſe oſtentans· neq̄
honorē diligens·ſꝫ
vt pluribꝰ ſua dog
mata pꝛoponeret ⁊
miraculoꝝ vtilita=
tem· Poſtq̄ autem
ſolennitates ſolue=
banꝰ ad ioꝛdanem
frequenter venie=
bat· quia et illic eē
turbe concurrebāt
Vnde dicitꝰ Poſt h̄
venit iheſus et di=
ſcipuli eiꝰ in iudeaꝫ
terrā et illic demo=
rabaꝰ cuꝫ eis· Be
da·Dicit autem pꝰ
hec·Non continuo poſt diſputacionem cum Ni=
codemo que facta eſt in iheroſolimis ſed pacto
ſpacio tempoꝛis de galilea in iudeam redijt·
Alchuinꝰ·Per iudeam quidem ſignificantur
confitentes quos viſitat criſtus·vbi enī eſt pec
catoꝝ confeſſio· vel diuinaꝝ laudum·illic ve=
nit criſtus et diſcipuli eius id ē doctrina et illu
minacio eiꝰ·et ibi moraꝰ purgādo a vicijs Vn̄ ſe
quitꝰ·Et illic demoꝛabaꝰ cum eis et baptizabat
Criſo·Cū autem euangeliſta poſtmodū dicat
ꝙ iheſus n̄ baptizabat ſed diſcipuli eius manife
ſtuꝫ eſt qm̄ ⁊ hic hoc dicit·ꝙ ſoli diſcipuli bap
tizabant· Auguſtinꝰ· Baptizatꝰ autem domi
nus baptizabat non eo baptiſmate q̄ baptizatꝰ
eſt· baptizatus eſt enim a ſeruo oſtendens hu=
militatis viam et ꝑducens ad baptiſmū domini
hoc eſt ſuum· Baptizabat eñ iheſus quomodo
dominꝰ quomodo dei filiꝰ· Beda· Criſto aūt
iam baptizante adhuc baptizat iohannes· quia
adhuc ꝑmanet vmbra·nec debet p̄curſor ceſſa=
re donec veritas manifeſtetꝰ·Vnde ſequitꝰ·Erat
autem iohannes baptizans in ennon iuxta ſalim
Ennos hebꝛaice aqua vnde quaſi nominis inteꝛ
p̄tacionē apperiēs ſubdit quia aque multe erāt
illic·ſalim opidum eſt iuxta ioꝛdanem ſitum vbi
olim melchiſedech regnauit Jero·ad euagri
um·Nec refert vtꝝ ſalem aut ſalim nomineꝰ cuꝫ
vocalibꝰ in medio litteris pꝛaro vtanꝰ hebꝛei
et ꝓ voluntate lectoꝝ ac regionū varietate ea
dem verba diūſis ſonis atq̄ accentibꝰ ꝓferanꝰ
Sequitꝰ·Et veniebant et baptizabanꝰ Beda
Quantum cathecuminis nondū baptizatis pro
deſt doctrina fidei tantū ꝓfuit baptiſma iohan
nis ante baptiſmū criſti·Quia ſicut ille p̄dica=
bat penitenciam ⁊ baptiſmū criſti p̄nūciabat ⁊
in cognicionē veritatis que mūdo apparuit atꝰ
hebat·Sic miniſtri eccleſie p̄mo erudiūt venien
tes ad fidem poſt peccata eoꝝ redarguūt·de=
inde in baptiſmo criſti remiſſionē ꝓmittūt·Et ſic
in cognicionē et dilectioneꝫ veritatis attrahūt
Criſoſtomus·Diſcipulis autē iheſu baptizan
tibus non ceſſauit iohannes baptizans vſq̄ ad
incarceracionem·Quod ſignificat euāgeliſta
cum ſubdit·Nondum eñ miſſus fuerat iohānes
in carcerem· Beda· Ecce apte notat facta cri
ſti ante iohannem incarceratum quē alij p̄terie
runt·incipientes ab his que poſt miſſum iohan
nem in carcerem facta ſūt· Auguſtinꝰ·Quare
aūt baptizabat iohānes· quia oportebat vt do
minꝰ baptizaretꝰ·Non ſolū autē baptizatus eſt
ab eo·ne baptiſmus iohannis melioꝛ baptiſma=
te domini videretꝰ Criſoſto·Sed cuiꝰ gracia
vſq̄ tunc baptizabat·Si eñ ceſſaſſet eſtimaretꝰ
zelo vel ira hoc facere· Sed ꝑſiſtens non ſibiip
ſi gloꝛiaꝫ acq̄rebat·ſꝫ criſto auditores mittebat
Et multo efficacius hoc faciebat q̄ꝫ diſcipuli xp̄i
quia inſuſpicabile eius erat teſtimoniū·et maio
rem gloꝛiam apud omnes habebat·Ideo etiaꝫ
adhuc baptizabat ne diſcipulos ſuos in amplio
rem zelum immitteret· Eſtimo autem ⁊ ꝓpter h̄
ꝑmiſſaꝫ eſſe moꝛtem iohannis·Et eo ſublato de
medio iheſum maxime p̄dicare cepiſſe vt omnis
multitudinis affectio ad criſtū trāſiret ⁊ nō vl
tra his· que de vtroq̄ erant ſētencijs ſcinde=
rentur· Zelotipe enim ſe habentes diſcipuli
iohannis ad criſti diſcipulos et ad ipſū criſtum
quia viderūt diſcipulos criſti baptizantes cepe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝛunt dicere ad eos q̇ baptizabanť quaſi aliquid
maiꝰ haberet baptiſma iohannis baptiſm:te di
ſcipuloꝝ criſti· Vnde ſubdiť · Facta eſt ḡ q̄ſtio
ex diſcipulis iohannis cum iudeis de purificaci=
one· Quoniā eī ipſi queſtionē mouerūt· ſed non
iudei· Euangeliſta occulte monſtrat· non dicēs
ꝙ iudeus queſiuit· ſꝫ ꝙ queſtio facta eſt ex diſci/
pulis iohannis· Auguſtinꝰ· Intelligas ḡ di
xiſſe iudeos maiorem eſſe criſtū· ⁊ ad eiꝰ bap tiſ
ma debere concurri· Illi autem nondū intelligē
tes defendebāt baptiſmū iohannis· ventum eſt
ḡ ad ipſū iohannē vt ſolueret queſtionē· Vnde
ſequiť· Et venerūt ad iohannem· et dixerunt ei
Rabi· Qui erat tecum tranſiordanem· Criſo·
Hoc eſt· quē tu baptizaſti Non aūt dixerūt quē
tu baptizaſti· quia coacti eſſent et vocis eiꝰ me=
miniſſe que ſup eum eſt delata· ſꝫ dicunt· qui erat
tecū quaſi qui diſcipuli ordinē habebat· nihil
plus habens nobis· nō ſe a te ſeperās baptizat
Addūt autem· Cui eciam teſtimoniū ꝑhibuiſti·
quaſi dicerent quem tu claꝝ oſtendiſti· et circū
ſpectum feciſti· eadem tibi audet· Et hoc eſt qđ di
cunt· Ecce hic baptizat· Non aūt in hoc ſoliū eſti
mabant ſe excitare eum· ſed et in eo· ꝙ de reliq̄
ea que ipſoꝝ erant reprobabanť Vnde ſubdūt
Et omnes veniūt ad eum· Alchuinꝰ· quaſi· d·
te dimiſſo omnes currunt ad baptiſmū illius quē
tu baptizaſti·

**Reſpondit iohēs et dixit eis· Non poteſt homo accipere q̄cq̄m niſi fuerit ei datum de celo· Ipſi vos mihi teſtimoniū ꝑhibetis ꝙ dixerim· Nō ſum ego xp̄s ſed q̄m miſſꝰ ſum an̄ illum· Qui habet ſpōſam ſpōſꝰ eſt amicus aūt ſpōſi q̇ ſtat ⁊ audit eū gaudio gaudꝫ ꝓpť vocē ſpōſi· In hoc aūt gaudiū meū impletū ē illū oportꝫ creſcere· me autē minui·**

Criſo· Interrogatus Iohānes nō vehementer diſci=pulos increpat· ti=mens ne ab eo ſeparati aliquid aliud operenť· Sed re=miſſe quodammodo eis loquiť· Vnde di=ciť· Reſpondit iohēſ et dixit eis· Nō pōt homo accipe quic=q̄ꝫ· niſi fuerit ei da=tum de celo· Quaſi diceret· et ſi p̄clara ſūt que criſti ſunt· Et ſi omnes ad eum currunt mirari non oportet· Deus eīn ē qui hoc facit· hūa=na eīn facile dep̄hē=ſibilia ſūt et imbe=cillia et velociter d̄fluunt· Hec autem non talia ſunt· Non ḡ ſūt humanitꝰ adinuenta· ſꝫ diuinitꝰ ordinata Si autem humiliꝰ loquiť de criſto non mireris Nō eīn erat cōtingens ꝙ p̄aſſumptos a tali paſ ſione· ſcꝫ inuidie ab inicio doceret omnia· ſed in=terim vult eos terrere· oſtendens ꝙ ad impoſſi bilia conāť· et ꝙ deo rebelles inueniunť· Au guſtinꝰ· Vel aliter hoc iohannes de ſeipſo di=cit· q̄ſi homo d̄ celo accepi ḡ qꝛ accepi vt aliq̄d eſſem Inanem me vultis eſſe vt loquar contra veritatē· Criſoſtomus· Et vide qꝛ hoc quod

eſtimabant ꝓponi in criſti ſubuerſionē· q̄ſi dixe=runt· Cui teſtimoniū ꝑhibuiſti· hoc in eos con=uertit dicens· Ipſi vos mihi teſtimoniū ꝑhibe=tis ꝙ dixerim· Non ſum ego criſtus· Quaſi dicat Si verum meū teſtimoniū eſtimatis· dicite· q̄m illū mihi p̄honorare oportet· vnde ſubdit· Sed q̄m miſſus ſū ante illū· quaſi diceret miniſter ſū Et ea que ſūt eius qui me miſit· dico nō humana gr̄a blādiēs ei ſꝫ p̄ri eiꝰ q̇ me miſit miniſtrans Alchuinus· Sed ſi aliquis dicat q̄n quidem tu non es criſtus· quis ḡ es tu· vel quis eſt ille cui ꝑhibes teſtimoniū· Ad hoc reſpondet· Ille eſt ſpōſus· ego ſum amicus ſponſi· miſſus vt ꝑ me ſponſa ꝓpareť ſuo ſpōſo· Vnde ſubdiť Qui habet ſpōſam ſponſus eſt· Sponſam dicit eccleſiam ex omnibus gentibus congregatam· que virgo eſt integritate mētis· ꝑfectione caritatis vnitate catholice fidei· cōcordia pacis· integritate anime et corporis· que habet ſponſum· d̄ quo cottidie generat· Beda· Ceteꝝ fruſtra eſt virgo corpore que virgo non manet in mente· Hanc autē ſponſam criſtus in thalamo vteri virginalis ſibi ſociauit· et candē p̄cio ſui ſanguinis redemit

Theo· Omnis eciam anime ſponſus criſtus ē· Sponſaliū vero locus vbi coniūctio efficiť· Locus eſt baptiſmatis ſiue eccleſia· Dat ꝰo arram ſponſe· peccatoꝝ remiſſionē· ſp̄ūſſancti communionem· ꝑfectiora ꝰo in futuro ſeculo retribuet dignis· Nullus autē alius eſt ſponſus niſi ſolus criſtus· Omnes namq̄ꝫ doctores paranimphi exiſtunt· ſicut et p̄curſor· Nullus eīn honoꝝ largitor eſt niſi dominꝰ· Omnes alij miniſtri ſūt honoꝝ que danť a domino Beda· Sponſam igiť ſuam dominꝰ amico ſuo· id eſt ordini p̄dicatoꝝ commēdauit qui eam non ſibi ſed criſto zelare debet· Vnde ſubdiť Amicus autem ſponſi qui ſtat et audit· eum gaudio gaudet ꝓpter vocem ſponſi· Auguſtinꝰ· Quaſi diceret· Non eſt mea ſpōſa· Sed nūquid non gaudeſ in nupcijs· imo gaudeo ait· qꝛ amicus ſponſi· Criſoſtomus· Sed qualiter q̇ dixit· Non ſū dignꝰ ſoluere corrigiā calciamenti· Amicum nūc ſeipſū dicit· Non q̇dem ꝓpter honoris equalitatē ſed multitudinē gaudij rep̄ſentare volens· Non eīn in talibus ita miniſtri ſponſi letanť ſicut amici· Simul autē et cō deſcendenſ eoꝝ imbecilitati amicū ſe dicit· quia eīn eſtimabant eum morderi ab his que fiebant oſtendit ꝙ non ſolū nō mordeť· ſꝫ et valde gaudet ſi ſponſū ſponſa cognoſcit Augu· Sed q̄re ſtat quia non cadit· qꝛ humilis eſt· vide ſtantē in ſolido· Non ſum dignꝰ corrigiam calciamenti eius ſoluere· ſtat autem et audit eum· ſi ḡ cadit non audit eum· ergo ſtare debet amicus ſponſi· et audire id eſt ꝑmanere in gracia quā accepit et audire vocē ad quā gaudeat· non inquit gaudeo ꝓpter vocē meā ſed ꝓpter vocē ſponſi gaudeo· ego in audiendo· ille in dicendo· ego auris ille ꝰbū· qui eīn cuſtodit ſpōſam vel vxorē amici ſui· dat quidē operam vt nullꝰ aliꝰ amet· ſꝫ ſi amari ſe ꝓ amico voluerit et vti voluerit commēdata ſibi q̄ꝫ deteſtādꝰ vniuerſo generi humano apparet· multos aūt adulteros video quia ſpō

ſam tanto p̄cio emptam poſſidere volunt· et id agunt verbis ſuis vt ꝓ ſponſo ament· Criſo· Vel aliter ꝙ dicit Qui ſtat non ſine cauſa poſuit ſ indicans ꝙ que ſua ſūt iam ceſſauerūt· et qm̄ eum de reliquo ſtare oportet et audire· quod q̄ dem dicit a parabola ſmonē transferēs ad ꝓpoſitū· quia em̄ ſponſi et ſponſe mencionē fecerat oſtendit qualiter hec ſponſalia fiant quia ꝑ vocem et doctrinā· fides em̄ eſt ex auditu· auditus autem ꝑ verbū dei ⁊ qm̄ ea que ſperauerat euenerunt· Idcirco ſubdit· In hoc aūt gaudiū meū impletū eſt· id eſt pfectū eſt a me opus qd̄ fieri oportebat· et plus nihil opari poſſum de reliq̄.
Theo· Vnde nunc gaudeo· ꝙ ſcʒ omnes illuʒ attendunt· ſi em̄ non acceſſiſſet ad ſponſū ſponſa id eſt populus· tunc dolerē ego paranimphꝰ·
Auguſtinꝰ· Vel aliter dicit· In hoc gaudiuʒ meum impletū eſt· vt ſcʒ gaudeam ad vocē ſpōſi habeo graciā meam plus non mihi aſſumo· ne quod accepi amittam· qui em̄ vult gaudere de ſe triſtis eſt· qui autē de deo vult gaudere ſemꝑ gaudebit· quia deus ſempiternꝰ eſt· Beda· Gaudio autem gaudet homo ꝓpter vocem ſpōſi cum intelligit ſe non debere gaudere de ſapia ſua· ſ de ſapia q̄m accepit a domino· Quiſquis em̄ in benefactis non gloriam ſuam vel laudem requirit· neqʒ terrena lucra ſed celeſtia cupit h̄ amicꝰ eſt ſponſi Criſo· Deinde non ſolū circa p̄ſencia ſ eciā circa futura paſſionem inuidie a ſe remouet dicens· Illum oportet creſcere me autē minui· quaſi diceret· que noſtra ſūt ſteterunt· et ceſſauerunt de reliquo creſcūt autem que ſunt illiꝰ Auguſtinꝰ· Sed quid eſt hoc· illū oportet creſcere· deus nec creſcit nec minuit̄· ſ iohānes et ihesus quo ad carnem coeui erant· ſex mēſes qui intererant nullaʒ diſtinguūt etatē· magnum eſt hoc ſacramentū anteꝙ veniret dn̄s homines gloriabant̄ de ſe· venit ille homo vt minueret̄ hominis gloria et augeret̄ gloria dei ſic em̄ venit ille vt dimitteret peccata et homo confiteret̄· etem̄ ꝯfeſſio hominis humilitas hominis· miſeracio dei· altitudo dei· hanc autē veritatē eciam paſſionibus ſignificauerūt criſtꝰ ⁊ iohannes nā iohannes capite minutus eſt· Xp̄s autem in cruce exaltatus· deinde natꝰ eſt criſtꝰ cum iam incipet creſcere dies natus eſt iohānes quando cepat dies minui· creſcet ergo in nobis gloria dei et minuat̄ nobis gloria noſtra vt in deo creſcat et noſtra· q̄to autem magis intelligis deum videtur in te creſcere deus non autem in ſe creſcit· ſed ſemꝑ pfectꝰ eſt· ſicut ſi curaretur aliꝰ oculi ex p̄ſtina cecitate· et incipet videre paululū lucis et alia die plus videret· videretur ei lux creſcere lux tn̄ pfecta ē· ſiue ipſe videat ſiue non ſic em̄ et interior homo ꝓficit q̄dē in deo et deus in illo videt̄ creſcere· Ipſe autē minuit̄ vt a gloria ſua decidat· et in gloria dei ſurgat· Theo· Vel aliter ſicut aliorum luminarium adueniente ſole lumen extingui videt̄· licet non ſit ſm̄ veritatem extinctū· ſ a maiori occultatū· ſic et p̄curſor tanꝙ ſtella a ſole celatus minui dicit̄· creſcit autem criſtus ꝓut paulatim manifeſtat ſe ꝑ miracula· non ꝙ in virtutibus creſceret aut ꝓficeret· hec nempe neſtorij eſt opinio ſ ſcd̄m oſtenſionem diuinitatis eius·

**Qui deſurſum venit ſuper omnes eſt· Qui eſt de terra de terra ē et de terra loquitur· Qui de celo venit ſuꝑ omnes eſt et ꝙ vidit ⁊ audiuit h̄ teſtatur·**

Criſoſtomus· Sicut vermis ligna corrodit et erugo ferrū· ita vana gloria nutrientem ſe ꝑdit animam· Ideo multo ſtudio opus eſt vt hanc deſtruamus paſſionem· Vn̄ Iohannes multis racionibus diſcipulos ſuos habentes paſſionem hanc vix mittigat· Poſt illa em̄ que antea dixerat rurſus eos alijs diſponit ſermonibus dicens· Qui de ſu· ve· ſu· om· eſt· quaſi diceret qr vos meū extollitis teſtimonū· Et ex h̄ dicitis me eſſe digniorem fide eo ſcʒ cui teſtimonū ꝑhibui· h̄ neceſſe eſt vos ſcire· qd̄ nō eſt eum qui de celis venit fieri fidedignuʒ ab eo q̄ terram habitat· Et hoc eſt qd̄ dicit Sup omnes eſt quia ipſe ſibi ſufficiens· et ꝙ omnibus incomparabiliter maior eſt· Theo· Ipſe em̄ criſtꝰ deſurſū venit a patre deſcendens· et ſup omnes eſt diſtinctus ab omnibus· Alchuinꝰ· Vel deſurſū venit id eſt de altitudine humane nature· quaʒ habuit ante peccatū p̄mi hominis· De illa em̄ altitudine aſſumpſit verbum dei humanā naturam· Non aſſumpſit culpam cuiꝰ aſſumpſit penam· Sequit̄· Qui eſt de terra de terra eſt· id eſt terrenus eſt et de terra loquit̄· id eſt terrena loquit̄ Criſoſtomus Et nimiꝝ non ex terra erāt ei omnia· Etem̄ animā habebat ⁊ ſpū participabat· Non ex terra qualit̄ igit̄ ipſe de terra ſe eſſe dicit· Nihil em̄ aliud ꝑ h̄ oſtendit occulte· q̄ꝙ ꝙ paruus eſt velud terrene veniens· in terra natꝰ et nulla comparacione dignꝰ ad xp̄m qui nobis deſuper venit· Non autē dicit de terra loquit̄· qm̄ ex ꝓpa mente loquebat̄· ſ de terra ſe loqui dicit in comparaciōe ad criſti doctrinam· Quaſi diceret· parua et humilima ſūt que mea ſūt comparata his que criſti ſūt· qualia decens eſt ſuſcipere terreſtrem naturam in comparacione ad illum in quo ſūt omnes thezauri ſapiencie et ſciencie dei abſconditi· Auguſtinꝰ· Vel qd̄ dicit de terra loquit̄· de homine dicebat q̄tum ad ipſū hominē ꝑtinet· Si em̄ aliqua loquit̄ diuina illuminatus eſt a deo· ſicut apoſtolus dicit· Nō autem ego ſed gracia dei mecum· Ergo iohānes ⁊ qd̄ ad iohannem ꝑtinet· de terra eſt et de terra loquit̄· Si quid diuinū audiuiſtis a iohanne illuminantis eſt non recipientis· Criſo· Extincta igit̄ diſcipulorum paſſione de reliquo cum ampliori ꝯpalacione loquit̄ de criſto· Nam ante h̄ ſupfluū erat· iſta p̄mittere in mente audiencium locum habere nondum valēcia· Vn̄ ſequit̄· Qui d̄ celo· Auguſtinus· Id eſt de patre venit duobus modis ſup omnes eſt· primo ſup omneʒ humanitatē q̄ de ipa pu̇ſq̄ꝫ peccaret venit· ſecūdo iuxta altitudinem patris cui eſt equalis· Cri·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Magnū aūt quid et excelſū dicens de criſto· rurſus ad humili⁹ ducit ſermonē dicens· Et qđ vi· et au· hoc te· q: ſcꝫ ꝑ ſenſus hos omnia certiſſime diſcim⁹ et digni fide eſtimamur eſſe mgr̄i de hijs que viſu ſuſcepim⁹ vel auditu apprehendimus· Hoc de criſto aſtruere volens iohānes dixit· Quod vi· et audi· hoc te· oñdens q̄ nihil eoꝝ que ab ipſo dicebanť falſuꝫ eſt· ſꝫ omnia vera ſūt· quaſi diceret· Ego īdigeo audire ea· que ab illo dicunť· qui deſuꝑ venit· annūcians ea q̄ vidit et audiuit· id eſt que ſolus ipſe manifeſte nouit Theo· Cum ḡ audis q̄ xp̄s ea que audiuit et vidit a patre loquiť non putes q̄ a patre indigeat addiſcere· ſꝫ quia omnia quecunqꝫ naturaliter nouit a patre habet· ꝓpter h̄ a patre audire diciť quecunqꝫ nouit· ſꝫ quid eſt q̄ fili⁹ audiuit a patre· forte fili⁹ patris verbuꝫ audiuit imo fili⁹ patris verbum eſt· Aug⁹· Quando concipis verbum quod ꝓferas· vis rem dicere· et ipſa rei concepcio in corde tuo iaꝫ ṽbū ē quō ergo tu ṽbū qđ loq̄ris in corđ habes· et apđ te eſt· ſic deus edidit verbum· hoc eſt genuit filium· Cum ḡ verbū dei filius ſit· Filius autem locutus eſt nobis· non verbum ſuū ſꝫ ṽbum patris ſe nobis loqui voluit· qui verbum patris loquebatur· h̄ ḡ quomō decuit et oportuit dixit iohs

**Et teſtimonium eius nemo accipit· Qui ať acceperit ei⁹ teſtimonium ſignauit q: deus verax eſt· Quē em̄ miſit deus verba dei loq̄tur· Nō em̄ ad mēſurā dat deus ſpiritū pater diligit filiuꝫ et oīa dedit i man⁹ ei⁹· Qui credit in filiū hꝫ vitam eternam· Qui autem incredulus eſt filio non videbit vitam· Sed ira dei manet ſuper eum·**

Criſoſtomus· Dixerat q̄ vidit et audiuit hoc teſtať q̄ſi excuſans· ne q: pauci interim credituri erant· falſa eſtimarenť eſſe que dicūť· ꝓpter hoc ſubdit Et teſti· ei⁹ ne acc· id eſt pauci habebant em̄ diſcipulos qui accipiebant teſtimoniū ei⁹ in hiis que dicebanť· In h̄ autē ſuos diſcipulos tangit nondum credentes in euꝫ· ſimul etiam iudaycā oſtēdit inſenſibilitatem ſicut et in principio euangelij dictum ē In ꝓpa venit et ſui eum non receperūt Vel aliter· Augu· Eſt quidam popul⁹ preparatus ad iram dei dānandus cuꝫ dyabolo· hoꝝ nemo accipit teſtimonium criſti· Attendit ḡ in ſpū diuiſionem· in genere aūt humano cōmixtionē et qđ nondū locis ſepatum eſt· Sepauit cordis aſpectu· Et vidit duos populos infideliū et fideliū· Attēdit infidelis et ait· Et te· ei⁹ ne ac· De inde tulit ſe a ſiniſtra et aſpexit ad dexteram et ſecut⁹ ait· Qui autem ac· ei⁹ teſt· ſig Criſo· Id eſt mōſtrauit et adhuc augens timorem addit· qm̄ de⁹ verax eſt· oñdens qm̄ non aliter q̄s diſcredet huic niſi falſi arguerit deū q̄ miſit illuꝫ· q: nihil extra ea que ſūt patris loquiť· Et hoc eſt quod ſubdit· Quē em̄ miſit deus· verba dei loquiť· Alch· Vel aliter ſignauit· id eſt ſignū poſuit in corde ſuo quaſi ſingulare et ſpeciale aliq̄d hūc eſſe verum deum qui paſſus eſt ad ſalutē humani generis Aug⁹· Quid eſt q: de⁹ verax eſt· niſi quia homo mendax eſt· et deus verax eſt· quia nemo hominū poteſt dicere quid veritas eſt niſi illumineť ab eo qui mentiri non poteſt· Deus ergo verax· criſt⁹ aūt deus· vis ꝓbare· accipe teſtimoniū eius et inuenies· Sed ſi nondū intelligis deum· nōdū accepiſti teſtimoniū ei⁹· Ipſe ergo criſtus eſt deus verax· et miſit illuꝫ deus· deus miſit deuꝫ· iunge ambos· vn⁹ deus· hoc em̄ quē miſit deus de criſto dicebat vt ſe ab ipſo diſtingueret· Quid autem ipſum iohannē· nonne de⁹ miſit· Sed vide quid adiūgat· Non em̄ ad menſuram dat de⁹ ſpm̄· hominibus ad menſurā dat vnicofilio non dat ad menſuram· Alij quideꝫ datur ꝑ ſpm̄ ſermo ſapie alij ſ̃mo ſciencie· aliud hꝫ ille et aliud iſte habet· Menſura diuiſio quedaꝫ donoꝝ eſt· Sed criſtus que dat non ad menſuram accepit· Criſ· Spm̄ autē hic actionē ſpiritus ſancti dicit· vult enim oſtendere qm̄ omnes quidem nos in menſura ſpūs actiones ſuſcipim⁹ Criſtus autem omnem ſpūs ſuſcipit actionem· q̄liter igiť erit dign⁹ ſuſpect⁹ haberi· Nihil em̄ dicit quod non dei eſt· neqꝫ quod non ſpūs eſt· Et interim de deo verbo nihil loquiť ſꝫ a patre et ſpū dignam fide facit doctrinā· Nam qm̄ de⁹ eſt· ſciuerāt· et qm̄ ſpūs eſt· nouerāt et ſi nō decentem de eo opinionē habebant· qm̄ autē fili⁹ eſt· neſciuerant· Auguſtin⁹· Quia ergo de filio dixerat· Non ad menſuraꝫ dat deus ſpm̄· ſubiūgit· Pater diligit filiū et adiecit et omnia dedit in man⁹ ei⁹ vt noſſes et hic diſtincte q̄ dictū eſt· Pater diligit filiū· Pater em̄ diligit Iohānem aut paulum et tamen nō omnia dedit in manu eoꝝ· Pater diligit filiū· ſed quomodo filiuꝫ non quomodo dn̄s ſeruū· quomodo vnicum· nō quomodo adoptatū· Itaqꝫ omnia dedit ī manu ei⁹ vt tantus ſit fili⁹ quantus eſt pater· Ergo cum iad nos dignatus eſt mittere filiū non putemus nobis aliquid min⁹ miſſum q̄ eſt pater·

Theo· Sic ergo ſcđm diuinitatem omnia dedit pater filio· natura non gracia· Vel dedit oīa in manu ei⁹ ſ̃m humanitatē· Dominať em̄ eoꝝ et que in celo et que in terra ſūt· Alchuinus· Et quia omnia ſūt in manu ei⁹· ḡ et vita eterna Vnde ſubdit Qui credit in filiū habet vitam eť nam· Beda· Non debet hic intelligi fides q̄ ṽbotenus teneť· ſꝫ que operibus adimpletur·

Criſoſtom⁹· Non em̄ hic dicit q̄ credere in filiū ſufficiat ad vitam habendam perpetuā· cum ipſe alibi dicat· Non omnis q̄ dicit mihi domine domine intrabit in regnum celoꝝ· ſed et que in ſpm̄ eſt blaſphemia ſufficit ſola mittere in gehennam· Sed et ſi in patrem et filiū et ſpm̄ ſanctum quis recte crediderit· ne eſtimemus ſufficere ad ſalutem opus em̄ eſt nobis vita et conuerſacione recta· Deinde ſciens non ita ꝓmiſſione bonoꝝ multos adduci vt terribiliū minis· in h̄

ſermone concludit dicens·Qui aūt incredulus ē
filio·non videbit vitam·ſ3 ira dei manet ſup eū3
Vide qualit̄ hic ad patrem reducit eum qui eſt
ſupplicij ſmonē·Nō em̄ dixit ira filij·q̄uis ipſe
ſit iudex·ſ3 patre3 eis inſtituit·magis terrere vo
lens·Et non dicit manebit in eo·ſed ſup eū·oſtē
dens q̄m nunq̄ ab eo deſiſtet·vt em̄ non eſtimet
q̄s morte ē eſſe temperaneā·dixit·Non videbit vi
tam· Augꝰ·Et nō dixit ira dei venit ad eum·
ſed manet ſup eum q2 omnes qui naſcūtur mor/
tales hn̄t ſecū iram dei quā accepit p̄mus Ada3
venit filiꝰ dei nō hn̄s peccatū·et indutꝰ eſt mor
talitate·mortuꝰ eſt vt viuas·Qui ergo nō vult
credere in filiū ira dei manet ſup eū·d̄ qua dicit
Apoſtolus Eramus natura filij ire·

## CAPIT· ·IIII·

Vt ergo cogno=uit ih̄s quia au=dierūt phariſei quia ihesus pluref diſcipulos facit et baptizat q̄ iohannes·quamq̄ ihesus nō baptizaret ſed diſcipuli eiuſ·reliquit iudeam et abijt iterum in galileam· Oportebat autē eū tranſire p̄ ſamariā venit ergo in ciuitatem ſamarie q̄ dr̄ Sichar iuxta p̄diū quod iacob dedit ioſeph filio ſuo·Erat autē ibi fons iacob·ihesus aūt fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſup fontē hora autē erat quaſi ſexta·

Glo· Poſtq̄ oñdit
euāgeliſta q̄lit̄ io=
hānes repſſit diſci
puloꝝ ſuoꝝ inuidi
am qua3 de ꝓfectu
doctrie xp̄i ꝯcepāt
hic oſtēdit quō cri
ſtus declinauit p ha
riſeoꝝ maliciā q̄ cō
tra ipſū ex eadē cau
ſa zelo iuidie moue/
bāt·vnde dicit̄·vt
ergo cognouit ih̄s
q2 audierūt phari=
ſei· Chri·Vtiq3
dn̄s ſi ſciret phari=
ſeos ita de ſe cogno
uiſſe q̄ plures diſci
pulos faceret·et q̄
plures baptizaret
ut eis hoc ad ſalutē
valeret ſequēdi eū
nō relinq̄ret iudeā
terrā·ſed ꝓpt̄ illos
maneret ibi· Quia
vero cognouit eo=
rum ſciam ſimul et i
uidenciam· q2 nō ſ3
ꝓpterea didicerunt
vt ſequerent̄·ſ3 vt
pſequerent̄ abijt in
de· Poterat q̄dem
et p̄ſens ab hijs nō
teneri ſi nollet· S3
in omni re quā geſ
ſit vt homo hoibuſ
in ſe crediturispre
bebat exēplū· quia
vnuſq̄ſq3 ſuꝰ dei ñ peccat ſi ſeceſſerit i aliū locū
videſ furorē ſe pſequēciū· fecit ḡ ſ3 ille mgr̄ bo
nus vt doceret·non vt timeret· Chri·Hoc
eciā fecit mittigans eoꝝ inuidiam ꝯueniēs eſt
eciā eū ſ3 feciſſe vt nō diſcrederet̄ carnis diſpen
ſacio·Si em̄ tetētus effugiſſet in ſuſpicionē de=
ueniſſet veritas carniſ· Augꝰ·Fortaſſis autē
hoc moueat qđ dictū eſt baptizabat pluref q̄ io
hannes·et poſtea ſubiectū eſt· quanq̄ ih̄s non
baptizaret·Quid ḡ falſū dictū erat et correctū
ē Cri·Nō at̄ ipſe criſtꝰ baptizabat·ſed relato
res volentes erigere eos qui audiebāt inuidiā
ita annūciabant ſc3 q̄ xp̄s plures baptizaret q̄
iohannes·Sed cꝰ gr̄a ipſe nō baptizaret Johā
nes p̄dixit dicēs ipſe vos baptizabit in ſpūſan=
cto et igne·nondū aūt ſpm̄ſanctū dabat· Decen
ter igit̄ nō baptizabat·diſcipuli v̄o id agebāt
volētes multos adducē ad ſalutarē doctrinam·
Vt em̄ nō ſemp circueūtes cōgregarēt eos qui
credituri erāt·vt in ſimone et fratre fecit·ideo
baptizare inſtituerūt nihil em̄ ampliꝰ habebat
diſcipuloꝝ baptiſma iohānis baptiſmate vtrū=
q3 em̄ expers erat ea q̄ ex ſpū ē gracia·et vtriq3
vna cauſa erat ſc3 adducere ad xp̄m eoſ qui bap
tizabant̄· Augꝰ·Vel aliter·vtrūq3 veru3 eſt
q2 ihesus et baptizabat et non baptizabat·bap
retur. qđ voluit ut ſciretur Chriſ. Non ergo ig-
norans interrogat. ſed ab ipo accuſari iudeos vo-
lens. vnde ſequit̄ Reſpōdit pylatus. Nunq̄d ego
iudeus ſū Aug9. Abſtulit a ſe ſuſpicōnem qua
poſſet putari a ſemetipſo dixiſſe. id ſe a iudeis au-
diſſe demonſtrans. vnde ſubdit. Gens tua et pon-
tifices tui t̄diderūt te mihi. Deinde dicēdo. Quid
feciſti. ſatis oſtendit. illud ei ꝓ crimie obiectum.
Tanq̄ diceret. Si te regē negas. quid feciſti. ut
traderis mihi. quaſi mirū non eſſet. ſi puniēd9 iudi-
ci t̄deretur. qui ſe diceret regē Chriſ. Reducit
autem pylatū non valde malū exn̄tem. et vult oſtē-
dere q̄ non eſt homo nudus. ſed deus et dei filius
et qđ formidauerat pylatus. diſſoluit tirānidis ſu-
ſpicōnem. vnde ſequit̄. Reſpondit jheſus. Regnū
meū non eſt de hoc mūdo Aug9. Hoc eſt qđ bo-
nus mḡr ſcire nos voluit. ſꝫ prius nob̄ demonſtrā-
da fuerat vana hoīm de regno eius opinio. ſiue gē-
cium. ſiue iudeoꝝ. a quib9 id pylatus audierat. q̄-
ſi ꝓpterea fuiſſꝫ morte plectend9 q̄ illicitum affe-
ctauerit regnū. Vel qm̄ ſolent regnaturi inuide-
re regnanti. et videlicet cauendū erat. ne huius re-
gnum ſiue romanis. ſiue iudeis eſſet aduerſū. q̄ ſi
interrogante pylato continue rn̄diſſet. non eciam
iudeis. ſed ſolis gentib9 hoc de ſe opinātib9 rn̄diſ-
ſe videret̄. Sed poſt rn̄ſionē pylati. iam iudeis et
gentibus optunius apciuſq̄ rn̄dit. q. d. Audite iu-
dei et gentes. non impedio dn̄acionē veſtram in
hoc mūdo. Quid vultis amplius. Venite credēdo
ad regnū qđ non eſt de h̄ mundo. Quid eſt em̄ eiuſ
regnū. niſi credentes in eū. quibus dicit. De h̄ mū-
do non eſtis q̄uis eos eſſe vellet in mūdo. Vnde et
hoc non ait. Regnū meū non eſt in h̄ mundo. ſꝫ nō
eſt de hoc mūdo. De mundo em̄ eſt quicq̄d hoīm a
deo quidē creatū. ſed ex adam viciata ſtirpe gene-
ratum eſt. factum eſt autē regnū non iam de mun-
do. quicq̄d inde in xp̄o regn̄atum eſt. Sic em̄ nos
deus eruit d̄ poteſtate tenebraꝝ et trāſtulit in re-
gnum filij caritatis ſue Chriſ. Vel h̄ dicit. quo-
niam non tenet regnū. ut h̄ reges terreni tenēt. ſꝫ
qm̄ deſup habet principatū qui non ē human9. ſꝫ
multo maior et clarior. vnde ſubdit. Si ex h̄ mūdo
eſſet regnū meū miniſtri mei vtiq̄ decertarent. ut
nō traderer iudeis. Oſtendit h̄ regni eius qđ apđ
nos eſt. imbecillitatē. qm̄ a miniſtris habet fortitu-
dinē. ſuꝑius vero regnū ſufficiens eſt ſibi ipi. nul-
lo indigens. ſi igitur maius eſt illud regnū. volēs
captus eſt ſeipſū tradens Aug9. Cum autem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝓbaſſet regnū ſuum nō eſſe de hoc mundo· ſubdit
Nunc autē regnū meum nō eſt hinc·Non dicit non
eſt hic·hic em̄ eſt regnū eius vſqꝫ ad finez ſeculi·
habens intra ſe commixta zizania vſqꝫ ad meſſem·ſed
tamen non ē hinc·quia peregrinat̄ in mūdo  Theo
Vel ideo non dicit·non eſt hic·ſed nō eſt hinc·quã
regnat in mūdo et vtit̄ eius ꝓuiſione·et iuxta vo-
tum cuncta diſponit·Non eſt autē ab infimis con-
ſtitutū regnū eius·ſed celitꝰ et ante ſecula  Chri
Hinc autem heretici accipientes occaſionē· alienū
eum eſſe a mundi ↄdicōne dicūt· Sed cū dixit·Re-
gnum meum nō eſt hinc·non ꝑuat mundū a ſua ꝓ-
uidencia et ꝑlacōne·ſed oñdit regnū ſuum nō eſſe
humanū·neqꝫ corruptibile· Sequit̄·Dicit itaqꝫ ei
pylatus·Ergo rex es tu·Reſpondit ihēſus·Tu di
cis q2 rex ſū ego·  Augꝰ·Non q2 regē ſe timuit
confiteri·ſed ita dictū eſt·ut neqꝫ regem ſe neget
neqꝫ regem ſe talem eſſe fateatur· cuius regnū pu
tetur eſſe de h̄ mūdo· Dictum eſt em̄· Tu dicis·ac
ſi diceretur·Carnalis carnalr̄ dicis· Deinde ſubiū
git·Ego in hoc natus ſū·et ad h̄ veni in mundū·ut
teſtimoniū ꝑhibeam veritati·Non ē ꝓducēda hu-
ius ꝓnomīs ſillaba q̄ ait In h̄ natus ſū tanq̄ dixe
rit in hoc renatus ſū·ſed corripienda tanq̄ dixerit
ad h̄ natus ſum·ſicut et ait ad hoc veni in mundū·
Vnde manifeſtū eſt eum tempalē natiuitatē ſuam
hic ↄmemoraſſe·qua incarnatꝰ venit in mundū·non
illam ſine inicio qua deus erat  Theo·Vel aliter
Queſito ꝑ pylatū ſi dñs eſſet rex· ego inquit in h̄
natus ſū id eſt ad hoc q2 rex ſū· hoc em̄ ipo q̄ a re
ge ꝓductus ſum·me qꝫ teſtor fore regē  Chriſ·
Si igitur rex natus eſt·nihil niſi accipiēs habet·
Ad hoc inquit veni ·ut teſtimoniū ꝑhibeā verita-
ti·h̄ eſt ut hoc ipm̄ ſuadeam omibꝰ· Et notandū eſt
q̄ ſuam humilitatē oſtendit·dū dicentibꝰ qm̄ ma-
lefactor eſt·ferebat ſilens·qū vero interrogatus
eſt de regno·tunc locutꝰ eſt ad pylatū· erudiens
eum et reducēs ad alciora·et oñdit ſe nihil ↄſutū
opatum eſſe·ꝑ hoc q̄ dicit·Vt teſtimoniū ꝑhibeā
veritati  Augꝰ·Cum autem xp̄us teſtimoniū ꝑ-
hibet veritati·teſtimoniū ꝑhibet ſibi·Eius quip-
pe eſt vox·Ego ſū veritas·Sed quia nō omniū eſt
fides·adiungit atqꝫ ait · Omīs qui eſt ex veritate·
audit vocem meā audit vtiqꝫ interiorībꝰ auribus
id eſt obedit mee voci·ac ſi diceret·credit mihi·q̄
vero ait·Omīs qui eſt ex veritate· grām ↄmenda
uit·qua ſcḋm ꝓpoſitum vocat·Nam ſi naturam cogi
temus in qua creati ſumꝰ· cum omēs veritas crea
uerit·quis non ē ex veritate· Sed non omēs ſūt·
quibus ut obediant veritati·ex ipa veritate ꝑſta-
tur·Si em̄ dixiſſet·Omīs qui audit vocez meam ex
veritate eſt·ideo dictus ex veritate putaret̄·quia
obtempat veritati·Non autē hoc dicit·Sꝫ ait om
nis qui eſt ex veritate audit vocem meam· Audit
vtiqꝫ ac ꝑ hoc non ideo ē ex veritate q2 eius audit
vocem·ſed ideo audit·q2 ex veritate ē· quia h̄ illi
donū ex veritate collatū eſt  Chriſ·Hec autem
dicens·attrahit et ſuadet fieri eoꝝ que dicuntur·
auditorem·Ita deniqꝫ et eum cepit his breuibus
verbis ut quereret·quid ē veritas·ſequit̄ em̄·Di
xit ei pylatus·Quid ē veritas  Theo·Nam fere
ab hominibꝰ euanuerat·et a cunctis erat incognita
dum eſſent increduli·

**Et cum hoc dixiſſet·
iterum exiuit ad iude
os·et dixit eis·Ego nl̄
lam in eo inuenio cau
ſam·Eſt autem conſue
tudo vobis·ut vnaz di
mittam vob̄ in paſcha
Vultis ergo dimittaz
vobis regem iudeoruz
Clamauerunt omnes
rurſum dicentes·Non
hunc·ſed barrabam·
Erat autem barrabas
latro·**

Augꝰ·Cum dix-
iſſet pylatus quid ē
veritas·credo in mē
tem illi veniſſe·con
tinuo ↄſuetudinē iu
deorum· q̄ ſolet eis
dimitti vnus in pa-
ſcha·et ideo non ex
pectauit ut rñderz
ei ihēſus·ne mora fi
eret cum recoluiſſꝫ
morem quo poſſet
eis in paſcha dimit
ti·qḋ eum valde vo
luiſſe manifeſtū eſt
Vnde dicit· Et cum
hoc dixiſſet· iterum
exiuit ad iudeos·
Chriſ· Sciebat em̄
quidem q̄ h̄ indige
bat tp̄e interogacō
Optebat autem eum eripe ab impetu iudeoꝝ·Jd
circo et exiuit  Alchui·Vel non expectabat audi
re reſponſū·q2 forte indignꝰ fuit audire· Sequit̄
Et dixit eis·Ego nullam in eo inuenio cauſam
Chriſ·Non dixit·q2 peccauit et dignꝰ eſt morte·
donate eum feſto·ſed ꝑmum eum excuſans·tūc ro
gat ex abundanti·ut ſi nollent eum ut innocentē di
mittere·ſaltem obnoxium donarēt tempi·Ideoqꝫ
induxit·Eſt autem ↄſuetudo vob·ut vnū dimittā
vobis in paſcha  Beda·Hec ↄſuetudo nō erat le
gis ꝑceptum·ſed ex antiq̄ patꝝ tradicōne deſcen
dit·ut ob recordacōnem liberacōnis ex egypto·
vnum eciā in die paſce dimitterēt vinctū· Deinde
exhortatiue dicit·Vultis ergo dimittā vobis re
gem iudeorum  Augꝰ·Auelli em̄ ex eius corde nō
potuit·ihēſū regem iudeoꝝ eſſe tanq̄ h̄ ibi ſicut in
titulo ipa veritas fixit de qua quid eſſet·interro-
gauit  Theo·Pulchre autē pylatus rñdet ꝑ h̄
q̄ in nullo ihēſus errauerit·ſꝫ fruſtra inquietatur
ab eis velut regnū deſiderās·Non eū enim qui ſe
regem aſſereret· ac emulū romane poteſtatis ro-
manoꝝ vicarius abſoluiſſet·Quãobrem in h̄ q̄ di
xit·Regem iudeoꝝ abſoluã·prorſus innoxium ihē
ſū ꝓdit illuditqꝫ iudeos·q·d· quē vos criminamini
ut regem·ſe putantē hunc ego abſolui iudeo·qua-
ſi non exñtem  Augꝰ·Sed h̄ audito·clamauerūt
vnde ſequit̄·Clamauerūt omēs rurſū dicētes·Nō
hunc ſꝫ barrabā·Erat autē barrabas latro·Nō re
ꝑhendimus o iudei q̄ ꝑ paſcha liberaſtis nocentez
ſed occidiſtis innocentē·qḋ tamē niſi fieret veruz
paſcha non fierꝫ  Beda·Quia ergo reliq̄runt ſal
uatorem et petiuerūt latronē· vſqꝫ hodie dyabo-
lus ſua latrocinia exercet in ipos  Alchui·Bar-
rabas autē interꝑtat̄·iſte filius mgr̄i eoꝝ id ē dy
aboli·qui huic latroni in ſuo ſcelere· iudeis in ſua
ꝑfidia magiſter fuit·

## CAPITVLVM· ·XIX·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

TVnc ergo apphendit pylatus jheſuz ⁊ flagellauit eū. Et milites plectentes coronā de ſpinis impoſuerunt capiti eius. et veſte purpurea circumdederūt eum. Et veniebant ad eum. et dicebant. Aue rex iudeorum ⁊ dabāt ei alapas. Exiuit iterū pylatus foras. et dixit eis. Ecce adduco eum vobis foras. ut cognoſcatis quia nullam in eo cauſam inuenio. Exijt jheſus portans ſpineam coronam et purpureum veſtimentum. Et dicit eis. Ecce hō.

Augꝰ. Cum iudei clamaſſent non jheſuz ſibi dimitti a pylato velle ꝓpter paſcha. ſed barrabam latronem. ſubditur. Tūc ergo apprehendit pylatus jheſū et flagellauit. Hoc pylatus nō ob aliud feciſſe credendus eſt. niſi ut eius iniurijs iudei ſaciati ſufficere ſibi eſtimarent. et uſqꝫ ad eius mortem ſeuire deſiſterent. Ad hoc ptinet q̄ idem pſes eciam cohortem ſuam pmiſit facere que ſequūtur aut fortaſſis et iuſſit. Dixit enim quid deinde fecerit milites. pylatū tamen id iuſſiſſe nō dixit. Sequiꝰ enī. Et milites plectentes coronam ꝺ ſpinis impoſuerūt capiti eiꝰ et veſte purpurea circūdederunt eum. et veniebāt ad eum et dicebāt Aue rex iudeoꝝ. et dabant ei alapas. Chriſ. Qꝛ enī pylatus dixit eū regem iudeoꝝ. ſchema ei otumelie de reliquo imponūt. Beda. Nam ꝓ diademate ſpineam illi impoſuerūt coronā. et ꝓ purpureo veſtimēto quo reges veteres vtebanꝰ. veſtē purpuream ei circūdant. vbi non debet videri contrarium. qꝺ matheus dicit. circūdediſſe clamidem coccineam qꝛ ut origenes refert. vicinꝰ ſunt materie coccus et purpurea. Coccule enī inciduntur. et ex his gutte ſanguinis fluūt. ex quibꝰ vtruſqꝫ. generis tingiꝰ veſtimētum. Et q̄uis ꝭ milites illudendo facerēt. nobꝭ tamē opabanꝰ miſteria. Nā p ſpineaꝫ coronā noſtroꝝ deſignaꝰ peccatoꝝ ſuſcepcio. que ſicut ſpinas terra noſtri corpis germinat. In veſtimēto purpureo caro paſſionibꝰ ſubiecta ſignificaꝰ. Purpura eciā veſtiꝰ cum de triumphis ſanctoꝝ martiꝝ gloriaꝰ. Chriſ. Non autez iniūctio principis erat. qꝺ faciebant. ſed ad grām iudaicam ꝭ faciebāt. quia neqꝫ circa inicium ab illo iuſſi uenerūt nocte. ſed iudeis pecuniaꝝ gracia grāticantes. oīa audebāt. Tot autem et talibꝰ factis ipſe ſtabat ſilens. Tu vero audiēs hec in mēte habe continue. et regem orbis terraꝝ ⁊ angeloꝝ dominū videns otumeliā pacientē. et omnia ferentem ſilencio imitare. Augꝰ. Sic enī implebanꝰ. q̄ de ſe dixerat xp̄s. Sic martires informabanꝰ ad omnia q̄ pſecutores libuit f[illegible]re. pferenda. Sic regnum qꝺ de ꝭ mundo non erat. ſupbum mundꝺ non atrocitate pugnandi ſꝫ paciendi humilitate vincebat. Chriſ. Vt autē quicumqꝺ a militibꝰ factū erat. in eum videntes reſpirēt a paſſione. coronatum jheſū adduxit ad eos. Vnde ſequiꝰ. Exiuit iterum pylatus foras et dixit eis. Ecce adduco vobis eum foras. ut cognoſcatis qꝛ nullā in eo cauſam inuenio. Augꝰ. Hinc appatet non ignorāte pylato hec a militibꝰ facta. ſiue iuſſerit ea. ſiue pmiſerit illa ſcꝫ cauſa quā ſupra diximꝰ. ut ꝭ eius ludibria inimici libentiſſime viderent. et vlterius ſanguinem non ſitirent. vnde ſequiꝰ. Exijt ergo jheſus portās ſpineam coronā et purpureū veſtimentū. non clarus imperio. ſed plenus obꝓbrio. ſequitur et dicit eis. Ecce homo. q. d. Si regi inuidetis. iam pcite. quia abiectum videtis. feruet ignominia frigeſcat inuidia.

Cū ergo vidiſſent eū pontifices et miniſtri. clamabant dicentes. Crucifige crucifige eum. Dicit eis pylatus Accipite euz vos ⁊ crucifigite eum. Ego enī non inuenio in eo cauſam. Reſponderunt iudei. Nos legem habemus. ⁊ ſecundum legē debet mori. quia filiuz dei ſe fecit. Cum ergo audiſſet pylatus hunc ſermonem. magis timuit.

Augꝰ. Iudeoꝝ inuidia ꝓ xp̄i ignominia non frigeſcit immo ardeſcit pocius et increſcit. Vnde diciꝰ Cuz ergo vidiſſent eum pontifices ⁊ miniſtri clamabant dicētes. crucifige crucifige eum. Chriſ. Vidit ergo pylatus omnia inaniter fieri vnde ſequiꝰ. Dicit eis pylatus. accipite eum vos. ⁊ crucifigite. Execrantis eſt hoc verbū ad rē non conceſſam eos impellentis. Ipſi enim ducebant eum. ut cum preſidis iudicio hoc fieret. Cōtingit autez contrarium. iudicio preſidꝭ eum magis abſolui. Vnde ſequiꝰ. Ego enī non inuenio in eo cauſaz. Cōtinue enī eum ab accuſacōibꝰ eruit. Vnde manifeſtum eſt qm̄ ⁊ priora ꝓpter illoꝝ conceſſit inſaniam. Sed iudeos canes nil hominum inuercundiā conuertit. Nam ſequitur. Reſponderūt iudei. Nos legem habemus. et ſꝫm legem debet mori. qꝛ filium dei ſe fecit. Augꝰ. Ecce alia maior inuidia. pua q̄dez illa videbaꝰ velut affectate illicito auſu regie poteſtatis. et tamen neutꝝ ſibi jheſus mendaciter vſurpauit. ſed vtrumqꝫ verū eſt. et vnigenitꝰ eſt dei filius. et rex a deo conſtitutꝰ ſup ſyon montem ſanctum eius. et vtrumqꝫ nūc demōſtrarꝫ. niſi q̄nto erat potencior. tanto mallet eſſe paciencior. Chriſ. Adinuicez enī ipſis diſputātibꝰ ſilebat. implens. ꝓpheticū illud. q̄ non apuit os ſuū. in humilitate ſua iudicium eius ſublatū eſt. Augꝰ. de cōcor. euā. Hoc autem poteſt congruere ei qꝺ lucas commemorat. in accuſacōne iudeoꝝ dictū. Hunc inuenimꝰ ſubūtentem gentē noſtrā. ut adiungatur qꝛ filium dei ſe fecit. Chriſ. Deinde pylatus q̄dem timet ab ipſis auditis. et formidauit ne forte verum eſſet. qꝺ dicebaꝰ. et videreꝰ inique agere Vnde ſequiꝰ. Cum ergo audiſſet pylatus hūc ſermonem. magis timuit. Beda. Non timuit qꝛ legē audiuit. qꝛ alienigena erat. ſꝫ magis timuit. ne filiū

dei ocaderet  Chriſ· Illi vero hʒ dicentes nō horruerunt· ſʒ inſeſticiunt eū· ꝓ quib⁹ optuerat adorarē

Et ingreſſus eſt pretorium iteruʒ· ⁊ dicit ad jheſuʒ· Vñ es tu· Jheſus autem reſponſum non dedit ei· Dicit ei pylatus· Mihi non loqueris· Neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te· et poteſtatē habeo dimittere te· Reſpondit jheſus· Nō haberes poteſtatē aduerſum me vllaʒ· niſi tibi datum eſſet deſuper Propterea qui tradidit me tibi· maius peccatum habet· Et exinde querebat pylatus dimittere eum·

Chriſ· Pylatus timore concuſſ⁹ rurſus inquiſicōneʒ facit· Vnde dicitr· Et ingreſſus eſt ꝑtorium iterum· et dicit ad jheſū· vnde es tu Non autem vltra interrogat quid feciſti· Sequitur· Jheſus autem reſponſū non dedit ei· Qui ei audiuit· qm̄ in hoc natus ſū et ad hʒ veni ⁊ qm̄ regnū meū non eſt hinc· cū debuiſſet reſiſtere ⁊ eripe eum· hoc quidem non fecit· ſʒ ſecutus eſt iudaicum impetum· Propterea ergo nihil ei reſpondit· qm̄ inanit' omnia interrogabat· Sed et aliter operibus teſtātib⁹ ei· nolebat ꝑ ſmones vicere et excuſacōnes componere· oſtēdens qm̄ ad hʒ venit  Aug⁹. Hoc autem ſilenciū domini nr̄i jheſu xp̄i non ſemel factum collatis oīm euāgeliſtaꝝ narracōnibus repitur· et apud pncipem ſacerdotum· et apud herodem et apud ip̄m pylatum· ut nō fruſtra de illo ꝓphecia ꝓceſſerit· Sicut agnus coram tondente fuit ſine voce· ſic non apuit os ſuum Tunc vtiqʒ qm̄ interrogantib⁹ non reſpondit· q̄uis em̄ quibuſdā interrogantib⁹ ſepe reſpondit· Tamen ꝓpter illa in quib⁹ noluit rn̄dere ad hʒ data eſt de agno ſilitudo· ut in ſuo ſilencō non reus ſʒ innocens haberet· id eſt non ſicut male ſibi conſci⁹ qui de peccatis conuincebatur ſuis· ſed ſicut manſuetus· qui ꝓ peccatis immolabatr alienis  Chriſo· Quia igitur ſiluit· Sequitr· Dicit ergo ei pylatus Mihi non loqueris· Neſcis qȝ poteſtatē habeo crucifigere te· et poteſtatē habeo dimittere te· vide qualiter ſeip̄m condempnauit· Si em̄ in te totū poſitum eſt cuius gracia nullam cām inueniens nō abſoluis· Quia igitr aduerſus ſeip̄m ꝓtulit· Reſpondit jheſus· Non haberes poteſtatē aduerſus me vllam· niſi datum eſſet tibi deſup· oſtendens qm̄ non ſimpliciter et ſm̄ alioꝝ conſequenciam hoc fit· ſed miſtice conſumatur· Ne igitur hʒ audiens eſtimes eum ab omni erutū crimine· ſubdit· Propterea qui tradidit me tibi· peccatū maius habet· Et in iuꝝ ſi datum erat· neqʒ hic neqʒ illi obnoxij ſūt criminibus· inaniter dicis Hoc em̄ datum eſt id eſt conceſſum· ac ſi diceret· pmiſit hʒ fieri· Neqʒ tamē ꝓptēa extra nequiciam ſūt  Aug⁹. Ecce reſpondit ꝓinde vbi nō reſpondebat· non ſicut reus ſiue doloſus· ſed ſicut ouis ſilebat· vbi reſpōdebat· ſic paſtor docebat· Dicamus ergo qd̄ dixit· qd̄ et ꝑ apoſtolū docuit· qȝ non eſt poteſtas niſi a deo· Et qȝ plus peccat· qui poteſtati innocentē occidendū liuore tradit· q̄ poteſtas ip̄a ſi eum timore alicuius maioris poteſtatis occidit· talem quippe deus dederat illi ptātem· ut eſſet eciam ſub ceſaris poteſtate· Qua ꝓpt̄ inquit non haberes aduerſū me poteſtatē vllaʒ· id eſt quātulamcūqʒ habes· niſi hoc ip̄ſū quicqd eſt· tibi eſſet datum deſup· ſed qȝ ſcio quantū ſit· nō em̄ tantum eſt ut tibi omnīmodo liberū ſit· ꝓpterea qui tradidit me tibi· maius peccatū habet· Ille quippe me tue poteſtati tr̄didit inuidendo· tu vero eandem poteſtatē in me exercitur⁹ es metuēdo· Nec timendo quidē· preſ̄tim innocentē hoīem homo debet occidere· Sed id zelando facere mlto maius malum eſt q̄ timendo· Et ideo non ait· Qui me tibi tr̄didit· ip̄e habet peccatū· tanq̄ ille non haberet· ſʒ ait maius peccatū habet· ut eciam ſe habere intelligeret  Theo· Dicit autē qui tradidit me tibi· i· iudas vel eciam turba· Cum ergo patens rn̄ſū jheſus ediderit· q̄ niſi ego memetipſū prebērē et pat̄ concederet· non haberes poteſtatē in me· ex hʒ pocius ip̄m abſoluere pylatus ſatagebat· vnde ſeq̄tur· Et exinde q̄rebat pylatus dimittere eū  Augu· Lege ſupiora et inuenies iam dudū eum q̄rere dimittē jheſū· Exinde itaqʒ intelligendū eſt· ꝓpt̄ hoc· i· ex hac cauſa ne haberet peccatū occidendo innocentem ſibi traditum·

Judei autem clamabant dicētes· Si hūc dimittis· non es amicus ceſaris· Omnis em̄ qui ſe regeʒ facit· contradicit ceſari· Pylatus ergo cum audiſſet hos ſermones· adduxit foras jheſum· et ſedit ꝓ tribunali in loco qui dicitur lichoſtratos· hebraice autē gabatha· Erat autem paraſceue paſche hora q̄ſi ſexta· Et dicit iudeiſ Ecce rex veſter· Illi autem clamabāt· Tolle tolle crucifige eum· Dixit eis pylatus· Regem veſtruʒ crucifigā Reſponderunt pontifices· Non habemus regeʒ niſi ceſarē· Tūc ergo tradidit eiſ illuʒ ut crucifigeretur·

Aug⁹· Maiorem timorem ſe ingerere putauerūt iudei pylato terrendo de ceſare ut occideret xp̄m· q̄ ſupius vbi dixerunt· Nos legē habemus et ſm̄ legē dʒ mori· qȝ filiū dei ſe fecit· vnde dicitur· Judei autem clamabant dicenteſ Si hūc dimittis nō es amicus ceſaris· Omīs ei q̄ ſe regē facit· cōtradicit ceſari  Chriſ· Sed vnde habetis hʒ demonſtrare· a purpura· a dyademate· a curru· a militibus· Nonne ſolus ſemp cum· xij· diſcipulis icedebat· ꝑ omīa vilia tranſiens et cibū et ſtolam et habitacōnem  Aug⁹· Pylatus autem eorum legem nō timuit ut occideret· ſed magiſ filium dei timuit· ne occideret· Nūc vero non ſic potuit cōtemnere ceſarem autorē poteſtatis ſue

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quēadmodū legem gentis aliene. vnde ſubditur. Pylatus ergo cum audiſſet hos ſermones adduxit foras jheſū et ſedit ꝓ tribunali. in loco qui dicitur licho ſtratos. hebraice autem gabatha Chriſo. Exijt quidem ut ſcrutatur9 rem. ſedere em̄ ꝓ tribunali hoc oñdebat Glo. Sicut em̄ tribunal eſt iudicum. ſic tronus vel ſolium regū. et cathedra doctoꝝ Beda. Licho ſtratos autem dr̄ quaſi lapide ſtratum. erat locus ſublimis. Sequit̄. Erat autem paraſceue hora quaſi ſexta Alchui. Paraſceue id eſt ꝑparacio. hoc nomīe dicebat̄ ſexta ſabbati. in qua ꝑparabāt neceſſaria ſabbato ut de māna dictum eſt. Sexta die colligetis duplū. Quia em̄ ſexta die homo eſt factuſ. et in ſeptima reqeuit deus. ideo ſexta die ꝓ homīe patit̄. ſabbato quieſcit in ſepulchro. Hora autē erat quaſi ſexta Aug9. Quid eſt ergo qđ marcus dicit. Erat hora tercia qn̄ crucifixerūt eum. niſi quia hora tercia crucifixus eſt dn̄s linguis iudeoꝝ. hora ſexta manib9 militum. ut intelligam9 horam quītā iam fuiſſe tranſactam. et aliquid de ſexta ceptū quando ſedit pro tribunali pylatus. que dicta eſt a johāne hora q̄ſi ſexta. et cū duceret̄ et crucifigeret̄. et iuxta ei9 crucem gerentur. que geſta narrant̄. hora ſexta integra compleret̄. Ex q̄ hora vſqȝ ad nonaȝ ſole obſcurato. tenebras factas triuȝ euangeliſtaꝝ mathei marci et luce conteſtat̄ autoritas. Sed qm̄ iudei facinus interfecti xp̄i a ſe in romanos id ē pylatum et eius milites transferre conati ſunt. ꝓptēa marcus ea hora qua xp̄us a militib9 crucifixus eſt ꝑtermiſſa. terciam pocius horam recordat9 expreſſit. ut non tantum milites repiant̄ crucifixiſſe jheſum. verum eciam iudei. qui ut crucifigeretur hora tercia clamauerūt. Eſt et alia huius ſolucō queſtionis. ut non hic accipiatur hora ſexta diei. quia nec johannes ait. Erat hora diei quaſi ſexta. ſȝ ait. Erat paraſceue quaſi hora ſexta. paraſceue autem latine ꝑparacio eſt. Paſcha em̄ noſtrum (ut dicit apoſtolus) immolatus eſt xp̄us. Cuius paſche ꝑparacōnem ſi ab hora noctis nona ɔputem9. qn̄ viſi dentur principes ſacerdotū ꝓnunciaſſe domī immolacōnem dicentes. Reus eſt mortis. vſqȝ ad horam diei terciam qua crucifixum eſſe xp̄m marcus euangeliſta teſtatur. ſex hore ſūt. tres nocturne. et tres diurne Theo. Soluunt autēȝ quidam qđ ex peccato ſcriptoris contigerit apud grecos. Nā quedam lr̄a greca nomine gama cuius talis eſt figura. terciam horam impͭat. Quedam autē figura que ab eis vacatur epiſimon. que talis eſt. ſextam horam importat. Ex negligencia ergo ſcriptorum ꝑcedens figura cedere potuit in ſequentem Chriſ. Pylatus ergo ut ſcrutatur9 exiens nullā tamen ſcrutacōnem faciens tradit eum. eſtimans mouendos eſſe eos. Vnde ſequitur. Et dicit iudeis. Ecce rex veſter. Theo. quaſi diceret. Ecce qualem hominē fatemini ꝙ imperium veſtrū capeſſeret humilis. ut nihil tale poſſit temptare Chri Et nimirum que dicta ſūt. erant ſufficiencia ut facerent eos de cetero ab ira ceſſare. ſed trepidabāt ne dimiſſus rurſus turbam ducat. Amor etenī principatus verſutum quid eſt. et animā ſufficiens perdere. ꝓpterea magis inſiſtunt. vnde ſequitur. Illi autem clamabant. tolle tolle. Interficere em̄ eum conantur. et ex ꝓbratiſſima morte. vnde ſubdunt. Crucifige eum. formidantes ne aliqua eius poſt ipm̄ fiat memoria Aug9. Adhuc autem pylatuſ terrorem quem de ceſare ingeſſerant. ſupare conatur. vnde ſubditur. Dixit eis pylatus. Regem veſtrum crucifigam. de ignominia eoꝝ volens eos frangere. quos de ignominia xp̄i mitigare nō potuit. Sequitur. Reſponderūt pontifices. Non habemus regem niſi ceſarem. Chriſ. volentes ſe ipſos ſubmiſerūt ſupplicio. ꝓpterea et deus tradidit eos. Quia em̄ concorditer negauerūt regnum dei. dimiſit eos in ſuum iudicium incidere. regnum em̄ xp̄i refutantes id qđ ceſaris eſt ſup ſeipos vocabant. Aug9. Sed pylatus timore mox vincit̄ vnde ſequitur. Tunc ergo tradidit eis illū ut crucifigeretur. Aptiſſime em̄ contra ceſarem venire videretur. ſi regem ſe non habere niſi ceſarem ꝓfitentibus. alium regem vellet ingerere. dimittendo impunitum quē ꝓpter hos auſus ei tradiderūt occidenduȝ. Non autem dictū eſt. Tradidit eis illum ut crucifigarent illum. ſed ut crucifigeret̄ ſcȝ iudicio ac poteſtate ꝑſidis. Sed ideo illis traditū dixit euangeliſta. ut eos crimine implicatos. a q̄ alieni eſſe conabant̄. oſtenderet. Non em̄ faceret hoc pylatus niſi ut id qđ eos cupere cernebat. impleret.

**Susceperunt autē jheſum. et eduxerunt. et baiulans ſibi crucē exijt in eum qui dicitur caluarie locus. hebraice golgatha. vbi eum crucifixerunt. et cum eo alios duos hinc et inde. medium autem jheſum.**

Gloſa. Ad mādatum preſidiſ militeſ xp̄m ſuſceperūt crucifigendum. vnđ dicitur. Suſceperunt autem jheſū et eduxerunt Aug9. Poteſt em̄ hoc iam referri ad milites apparitores preſidis. Nam poſtea euidenciuſ dicitur. Militeſ ergo cum crucifixiſſent eum. q̄uis euangeliſta eciam ſi totum iudeis tribuit. merito facit. ipi em̄ fecerunt. quicquid ut fieret extorſerūt Chriſo. Sed quia lignum ut ꝓphanū putabāt. et vitabāt et neqȝ tangere ipm̄ ſuſtinebant. crucem jheſu ut condemnato imponūt. vnde ſequitur. Et baiulanſ ſibi crucem exijt in eum qui dicitur caluarie locus. hebraice golgatha. vbi eum crucifixerunt. Ita et tipo factum eſt. Yſaac etenim ligna portauit. Sȝ tunc quidem vſqȝ ad patris beneplacitū res ꝓceſſit. nunc autem in rebus effectum obtinuit. veritaſ em̄ erat Theo. Sed quodammodo ut illic yſaac dimiſſus eſt. et mactatus eſt aries. Sic et hic diuina natura manet impaſſibilis. Sed humanitas ſm̄ quā aries dicitur tanq̄ errantis arietis ade filius. hic mactata eſt. Sed qualr̄ alius euangeliſta dicit ꝙ angariauerūt ſymonē. ut crucem portaret Aug9. de con. euan. Vtrumqȝ factū inuenim9 primo id qđ johānes dicit. deinde qđ ceteri tres. vnde intelligit̄ ꝙ ipſe ſibi portabat crucē. cum exiret in locum memoratū Aug9. ſup johānē. Grāde

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſpectaculum·ſed ſi ſpectet impietas grande ludibꝰ um· Si pietas·grande miſterium·Ridet impietaſ regem ꝓ virga regni lignū ſui portare ſupplicij· videt pietas regem baiulantē lignū ad ſemetipſuȝ figendum qꝺ fixurus fuerat· eciam in frontibꝰ regum ſpernenꝺ oculis impioꝝ· in quo erant glorificatura corda ſanctoꝝ·Jpſa crucem ſuam geſtanſ humero commendabat et lucerne arſure que ſub modio ponenda non erat·candelabrū ferebat Chriſo·Et ſicut victores ita et ipē in humeris ꝑtabat· victorie ſignum· Quidam autē dicunt ꝙ in illo loco qui calbarie dicebatᷓ adam mortuus eſt et ſepultus ut in loco vbi mors regnauit·illic et jheſus tropheum ſtatuerit Hiero·ſup matheū·Fauorabilis interꝑtacio et mulcens aureȝ populi·nec tamen vera· Extra vrbem eñ ꝯ foris portaȝ loca ſūt in quibus truncanᷓ capita damnatoꝝ· et calpharie quaſi decollatoꝝ ſumpſere nomē· Adam vero ſepultuȝ iuxta ebron et arbee·in jheſu filij naue volumine legimꝰ Chriſ·Crucifigebāt autem eum cum latronibus·vnde ſequiᷓ·Et cum eo alios duoſ hinc et inde·medium autē jheſum ·Jn hoc ꝓphecīā implentes qm̄ cū iniquis reputatus eſt· Que eñ dericiantes faciebant·hec veritati conferebāt· volebat eñ demon qꝺ fiebat obumbrare· ſed non valuit·Tribus eñ in cruce affixis miracula q̄ fiebāt nullus aſcripſit niſi ſoli jheſu·ita inanes dyaboli artes facte ſunt · Nec ſolum non obfuit glorie eius· ſed et contulit non paꝝ· Nam latronē in cruce cōuertere et in paradiſuȝ inducere· non minꝰ fuit ꝙ̄ concutere petras Augꝰ·Tamen et ipſa crux ſi attendas·tribunal fuit·in medio eñ iudice conſtituto·vnus latro qui credidit liberatuſ·alter qui inſultauit dampnatus eſt·iam ſigſ̄ficabat qꝺ facturus eſt de viuis et mortuis·Alios poſiturꝰ ad dexterā Alios vero ad ſiniſtram·

Scripſit autem ꝯ titulum pylatus· et poſuit ſuper crucem Erat autem ſcriptum Jheſus Nazarenus Rex Judeorum· Hunc ergo titulum multi legerunt iudeorum· quia ꝓpe ciuitatem erat locus· vbi crucifixus eſt jheſus· Et erat ſcriptum Hebraice Grece et Latine Dicebant ergo pylato pontifices iudeoruȝ Noli ſcribere Rex iudeorum Sed qꝛ dixit Rex ſum iudeorum Reſpondit pylatus· Quod ſcripſi·ſcripſi

Chriſ·Sicut in tropheo līe ponuntur victoriam oſtententes· Jta pylatꝰ titulum cruci xp̄i inſcripſit· vnde diciᷓ Scripſit autem ꝯ titulum pylatus · et poſuit ſup crucē·ſimul quidem ꝓ xp̄o reſpondens ut eum a communione latronū diſcerneret· ſimˀ autem et de iudeis vlciſcēs· oſtendēs ſcȝ ipſorum maliciā ·dū in ſuum regē inſurrexerūt· Vnde ſeqꝛ tur ·Erat autē ſcriptum· Jheſus·Nazarenus· Rex· Judeorum· Beda·Jn quo monſtrabaᷓ iaȝ tunc regnū ipſius· non ut ipi putabāt deſtructum· ſed pocius augmentatum·

Augꝰ·Sed iudeorum tantū rex xp̄s eſt an eciā gencium·ymmo et genciū· Cum eñ dixiſſet · Ego autem ſū conſtitutꝰ rex ab eo ſup ſyon montem ſanctum eius·Subiecit· Poſtula a me· et dabo tibi gētes·hereditatem tuā·Magnū ergo volumꝰ intelligi in hoc titulo ſacramentū qꝛ ſcȝ oleaſtar factꝰ eſt ꝑticeps pīguedinis olee·non olea ꝑticeps facta eſt amaritudis oleaſtri·Rex ergo iudeoꝝ xp̄uſ ſꝫm iudeorum circūciſionē cordis ·non littera· ſed ſpiritu· Sequiᷓ· Hunc ergo titulū multi legebāt iudeorum·qꝛ ꝓpe ciuitatē erat locus vbi crucifixꝰ eſt jheſus Chriſ·Credibile autē eſt multos gētiles ſimuſ cum iudeis ꝓpter feſtū conueniſſe·ꝯ iō ut nullus ignoraret·non in vna lingua ſꝫ in tribus ſcripſit·vnde ſubditur·Et erat ſcriptū· Hebraice· Grece·et Latine Augꝰ·Hec quippe tres lingue ibi pre ceteris eminebant · Hebrea ꝓpter iudeos in lege dei gloriantes· Greca ꝓpter genciū ſapientes·Latina ꝓpter romanos multis et pene omibuſ tunc gentibꝰ imperantes Theo·Significat autem ſupſcripcō triplici ſmone figurata dn̄m eſſe regem practice·Phiſice·et theologice·Nam ꝑ latinas lr̄as figuratur practica·eo ꝙ romanoꝝ imperium potentiſſimū ſatiſq̄ʒ officoſum in expedicionibus fuerit· Per grecas vero lr̄as phiſica figuratur·Greci namq̄ʒ erga naturalium ſpeculacōnē inſudauerūt·Demū ꝑ hebraicas theologia ꝑtenditur·dū iudeis eſt credita reꝝ diuinarū agnicio Chriſ·Judei autem crucifixo inuidebāt· vnde ſeqtur·Dicebant ergo pylato pōtifices iudeoꝝ ·Noli ſcribere·Rex iudeoꝝ·ſed qꝛ dixit· Rex ſū iudeorum Nam hꝭ quidem enūciacō eſt ꝯ communis ſn̄ia·ſi vero adiciaᷓ qm̄ ipſe dixit·ipſius petulancie et extollence oñdereᷓ crimen eſſe· Sed pylatus in priori ſtetit mēte·vnde ſequiᷓ· Reſpondit pylatꝰ· qꝺ ſcripſi·ſcripſi· O ineffabilē vim diuine operacōnis· eciam in cordibꝰ ignorāciū · Nonne occulta vox quedam pylato intus q̄dam ſi dici poteſt clamoſō ſilencio ꝑſonabat·qꝺ tanto ante in pſalmoꝝ litteris ꝓphetatū eſt· Ne corrumpas tituli inſcripcionem Sed quid loquimini inſani pontifices·Nunquid eñ ꝓpterea non erit veꝝ qꝛ jheſus ait·Rex ſū iudeorum·Si corrūpi non poteſt qꝺ pylatus ſcripſit·corrumpi poteſt qꝺ veritas dixit·Jdeo eñ pylatus qꝺ ſcripſit·ſcripſit·Quia dn̄s qꝺ dixit·dixit

Milites ergo cuȝ crucifixiſſent eum Acceperunt veſtimenta eiꝰ et fecerunt quatuor partes vnicuiq̄ʒ militi partem· et tunicam Erat autem tunica inconſutilis deſuper contexta ꝑ totum Dixerunt ergo adinuicem Nō ſcindamus eam·ſed ſortiamur de illa cuius ſit ut

Augꝰ·Judicante pylato milites qui ei parebant crucifixerunt jheſum·vnde dicitur·Milites ergo cū crucifixiſſent eum·Acceperūt veſtimenta eius·Et tamen ſi voluntates ſi clamores eoꝝ cogitemus·Judei magiſ crucifixerūt·Sed ꝺ ꝑticione·ſorteq̄ʒ veſtimentoꝝ eius ceteri euāgeliſte breuius ꝯ clauſe iſte vero aptiſſime locutꝰ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſcriptura impleret̄ di cens· Partiti ſunt ve ſtimenta mea ſibi et in veſtem meam miſerūt ſortem

eſt· Nam ſequit̄· Et fecerunt q̄tuoꝛ par tes· vnicuiq꜃ militi ptem· Vnde appar꜠ q̄tuoꝛ fuiſſe milites qui in eo crucifigen do· Preſidi paruer̄t Sequit̄· Et tunica꜠ Subaudiendum ē acceperūt· ut iſte ſit ſenſus· Ac ceperūnt autem et tunicam· Et ſic locutus ē ut de ceteris veſtimentis nullam ſortem miſſam eē vide amus· S꜠ de tunica quā ſimul cū ceteris accepert̄ ſ꜠ non ſiſt diuiſerunt· De hac em̄ ſequit̄ exponens Erat autem tunica inſutilis deſup contexta per totum· Chriſ· Ipam ſpeciem tunice euangeli ſta hiſtoꝛice deſignat· qꝛ em̄ in paleſtia duos pā nos onectentes ſubtexūt indumenta· oñdit joh an nes q̄ talis erat tunica jheſu· occulte vilitate꜠ ve ſtimētoꝝ inſinuans· Theo· Alij vero dicūt q̄ a pud paleſtinā telas contexūt· non velut apd̄ nos texunt̄· exiſtēte ſupius ſtamine inferiꝰ vero texen tibus· ut ſic nō verſus ptem ſupmam textura ꝓce dāt· ſ꜠ eotra· Augꝰ· Cur autē de illa ſortē miſe rint narrat dicēs· Dixerūt ergo adinuicē· non ſcin damꝰ eam· ſed ſoꝛciamꝰ de illa cuius ſit· Appar꜠ ita q꜃ in alijs veſtimētis equales ſe habuiſſe ptes ut ſoꝛtiri neceſſe nō fuerit· In illa vero vna non eos habere potuiſſe ſinglāſ ptes· niſi ſcinderet̄· ut pā nos eius inutilē tollerent· qd̄ ne facerēt· ad vnam eam puenire ſoꝛticione maluerūt· Huius euāgeli ſte narracōni conſōnat et ꝓpheticū teſtimoniū· vn de ſubiungit· ut ſcriptura adimpleret̄ dicens· ptiti ſūt veſtimēta mea ſibi· et in veſtem mea꜠ miſerunt ſortem· Chriſ· Intuere ꝓphetie certitudinem· Non em̄ que ptiti ſūt ſolum· ſ꜠ et que non ptiti ſūt Dixit igitur ꝓpheta veſtimēta quidem diuiſerunt· ſed veſtem ſoꝛti ꝯceſſerunt· Augꝰ· Matheꝰ di cendo diuiſerunt veſtimēta eius ſoꝛtem mittentes ad totā diuiſionem veſtimētoꝝ voluit intelligi et illam tunicā ptinere de q̄ ſoꝛte꜠ miſerūt· Tale eſt qd̄ eciā ait lucas· Diuidentes veſtimēta eius· miſe runt ſoꝛtes· Diuidentes em̄ venerūt ad tunica꜠ de qua facta ē ſoꝛticio· Dicendo autē ſoꝛtes plem nu meꝝ ꝓ ſinglāri poſuit· Marcꝰ autē ſolus videtur intuliſſe aliquā queſtionē· Dicendo enim mittentes ſoꝛtem ſup eis· quis quid tolleret· tanq̄ ſup omni bus veſtimentis ſoꝛs miſſa ſit· locutꝰ videat̄· Sed hec breuitas obſcuritatē facit· Sic em̄ dictum eſt Mittentes ſoꝛtem ſup eis· Ac ſi diceret· Mittētes ſoꝛtem cū diuiderent̄· Cum aūt dicit quis quid tol leret id eſt quis tunicā tolleret· tanq̄ ſi totum ita diceretur· Mittentes ſoꝛtē ſup eis quis tunicam que ptibus eq̄libus ſup fuerat· tolleret· Quadrip tita autem veſtis dñi jheſu xp̄i· q̄drip titam figu rauit eius eccleſiam· q̄tuoꝛ ſc꜠ ptibus in oꝛbe dif fuſam· et in eiſdem eq̄liter· i· concoꝛdit̄ diſtribu tam· Tunica vero illa ſoꝛtita· omniū pcium ſigni ficat vnitate꜠ q̄ caritatis vinculo continet̄· Si au tem caritas et ſupeminēcioꝛem habet viam et ſup eminet ſciencie et ſup om̄ia ꝑcepta ē· ſꝫm illd̄· Su per omnia autem h̄ caritatē habete· merito veſtis que ſignificatur deſup contexta ꝓhibetur· Et ad didit· Per totum· quia nemo eius eſt expers qui p tinere inuenitur ad totū· a quo toto· catholica vo catur eccleſia· Inconſutilis autē· ne aliq̄n diſſuat̄· et ad vnū puenit· quia in vnu꜠ omnes colligit· In ſoꝛte autem dei gracia om endata eſt· cum em̄ ſoꝛs mittitur· non pſone cuiuſq꜃ vel meritis· ſed occul to iudicio dei creditur· Chriſ· Vel ſicut quida꜠ dicunt tunica inconſutilis deſup contexta ptotu꜠ ſꝫm allegoꝛiam oſtendit· q̄m non ſimpliciter homo erat qui crucifixus eſt· ſed et deſuper deitatem ha bebat· Theo· Vel aliter· veſtis inconſutilis de notat coꝛpus xp̄i· qd̄ a ſupioꝛe pte contextum eſt Spiritus enim ſanctus ſupuenit et virtus altiſſi mi virgini obumbꝛauit· Hoc ergo ſacroſanctum xp̄i coꝛpus· indiuiſibile conſtat· Nam et ſi diuidat̄ p ſingulos ſanctificans vniuſcuiuſq꜃ anima꜠ ſimul et coꝛpus· Integre tamen et indiuiſibilit̄ conſiſtit in omnibus· At quoniam ex quatuoꝛ elementis mū dus conſiſtit intelligend̄ eſt ꝓ xp̄i veſtimentis· vi ſibilem creaturam· quam inter ſe diuidunt demo nes quociens moꝛti tradunt verbū dei· qd̄ habitat in nobis· ac ſatagunt nos ſue ptis efficere· p mun danas illecebꝛas· Augꝰ· Et ideo iſta non aliq̄d boni ſignificaſſe quis dixerit qꝛ p malos facta ſūt Quid ei de ipſa cruce dicturi ſumus· Que ſimiliter ab impijs facta eſt· et tn̄ ea ſig̃ficari recte intelli gīt̄· qd̄ ait aplus· Que ſit latitudo et longitudo al titudo et ꝓfund̄· Lata eſt quippe in tranſuerſo lig no quo extendunt̄ pendentes manus· et ſignificat opa bona in latitudine caritatis· Longa eſt a trāſ uerſo ligno vſq꜃ ad terram· et ſignificat pſeueran ciam in longitudine tempoꝛis· Alta eſt in cacumie quo tranſuerſū lignum ſurſum verſur excedit· et ſignificat ſupnum ſinem· quo cūcta opa referunt̄· Profunda eſt in ea pte q̄ in terra ſigit̄· Ibi quip pe occulta eſt· S꜠ cuncta eius apparencia inde con ſurgūt· ſicut bona noſtra de ꝓfunditate gr̄e dei q̄ compꝛhendi non poteſt· Vniuerſa ꝓcedunt· S꜠ et ſi crux xp̄i hoc ſolū ſignificet qd̄ ait apl̄ꝰ· qui xp̄i ſūt· carnem ſuam crucifixerūt cum paſſionibꝰ et ꝯ cupiſcencijs· q̄ magnū bonum ē· Poſtremo quid ē ſignum xp̄i· niſi crux xp̄i· qd̄ ſignū niſi adhibeat̄ ſi ue frontibus credencium· ſiue ipſi aque ex qua re generant̄· ſiue oleo quo criſmate vngunt̄· ſiue ſa crificio q̄ aluntur nihil eoꝝ vite pficitur·

Et milites quidem hec fecerunt· Stabat au tem iuxta crucem jhe ſu mater eius· et ſoꝛoꝛ matris eius maria cle ophe et maria magda lene· Cum vidiſſet er go jheſus matrem et diſcipulum ſtantē quē diligebat· dicit matri ſue· Mulier ecce filiuſ tuus· Deinde dicit

Theo· Cum mili teſ que ad ꝓpam ſpe ctabāt ſecoꝛdiā p ſequebant̄· ipſe ge nitricis cura ſollici tus ē· vnde dicitur Et milites quid̄ hec fecerūt· Stabat au tē iuxta crucem jhe ſu mater eius et ſo roꝛ matris eius ma ria cleophe et maria magdalene· Am bꝛo· in epiſtol̄· Ma ria mater domini an crucem ſtabat filij· Nullꝰ me hoc docuit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

diſcipulo Ecce mat̄ tua
Et ex illa hora acce-
pit eā diſcipulus in ſua

niſi ſanctus johānes
euangeliſta · Mundꝰ
aīn concuſſuz in paſ
ſione domini oſcrip
ſerunt · celum tene-
bris obductum · refugiſſe ſolem · in paradiſum la-
tronem ſed poſt piam confeſſionem receptum · Jo-
hannes docuit qd̄ alij nō docuerūt · quēadmodū in
cruce poſitus matrem appellauerit · Pluris puta-
uit q̄ victor ſuppliciorum pietatis officia matri ex
hibebat · q̄ꝫ q̄ regnū celeſte donabat̄ vite eterne ·
Nam ſi religioſum eſt q̄ latroni donatur vita · mul
to vberioris pietatis eſt q̄ a filio mater tanto af-
fectu honoratur · Ecce inquit filius tuus · Ecce mat̄
tua · Teſtabatur de cruce xp̄us ꝯ inter matrē atq̄
diſcipulum diuidebat pietatis officia · Condebat
dn̄s non ſolum publicum · ſed eciā domeſticū teſta
mentū Et hoc eius teſtamentū ſignificabat johan
nes · dignus tanto teſtatore teſtis · Bonū teſtamē
tum non pecunie · ſed vite eterne · qd̄ non atramen-
to ſcriptuz eſt · ſed ſpiritu dei viui · Lingua mea ca
lamus ſcribe velociter ſcribentis · Sꝫ nec maria mi-
nor q̄ꝫ matrem xp̄i decebat · fugientibus apoſtolis
ante crucē ſtabat · et pijs ſpectabat oculis filij vul
nera · q̄z expectabat non in pignoris mortem · ſed
mundi ſalutem · aut fortaſſe q̄z cognouerat per fi-
lij mortem mundi redempcionē · Aula regalis eci-
am ſua morte putabat ſe aliquid publico additu-
ram muneri · Sed jheſus nō egebat adiutore ad re
dempcionem omniū · qui omnes ſine adiutore ſerua-
uit · Vnde et dicit factus ſum homo ſine adiutorio
inter mortuos liber · Suſcepit quidem affectu pa-
rentis ſed non queſiuit alterius auxiliuz · Hanc imi
tamini matres ſancte que in vnico filio dilectiſſimo
tantum materne virtutis exemplum dedit · Neq̄ꝫ e
nim vos dulciores liberos habetis · neq̄ꝫ illud vir-
go querebat ſolacium ut alium poſſet generare fi
lium · Hiero · contra heliodoꝝ · Maria iſta que in
marco et matheo iacobi et joſeph mater dicit̄ · fuit
vxor alphei et ſoror marie matris domini · quā ma-
riam cleophe nunc johānes cognominat · a patre ſi-
ue a gentilitate familie · aut q̄cumq̄ꝫ alia cauſa ei
nomen imponens · Si autem inde tibi alia atq̄ꝫ alia
videtur q̄ alibi dicat̄ maria jacobi minoris mater
et hic maria cleophe diſce ſcripture ꝯſuetudinem
eundem hominem diuerſis nominibꝰ appellari · Chri
ſo · Et conſidera q̄ imbecillius genꝰ ſcꝫ mulierum ·
virilius apparuit iuxta crucem ſtando · fugiētibꝰ di
ſcipulis · Augꝰ · de con · euan · Niſi autē matheus
et lucas mariam magdalene nominaſſent · potuiſſe
mus dicere alias a longe · alias iuxta crucē fuiſſe ·
Nullus enim eorum preter johannē matrem domi-
ni ꝯmemorauit · Nūc ergo q̄modo intelligit̄ eadēꝫ
maria magdalene et a longe ſtetiſſe cū alijs mulie
ribus · ſicut matheus et lucas dicūt · et iuxta crucēꝫ
fuiſſe ſicut johannes dicit · niſi quia tanto interual
lo erant ut iuxta dici poſſent · q̄z in ꝯſpectu eius p̄
ſto aderāt · et a longe in ꝯſpectu turbe ꝓpinquius
circūſtantis · cum centurione et militibꝰ · Poſſumꝰ
eciem intelligere · q̄ ille que ſimul aderant cum ma
tre domi · poſtq̄ꝫ eam diſcipulo cōmendauit · abire
iam ceperant · ut a denſitate turbe ſe eruerēt · ꝯ ce

tera que facta ſunt longius intuerentur · ut ceteri
euangeliſte · qui poſt mortem domini eas ꝯmemo-
rauerunt · iam longe ſtantes commemorauerunt ·
Quid autem intereſt ad veritatem q̄ quaſdam mu
lieres pariter · quaſdam ſinguli nominauerunt ·
Chriſoſtomus · Et cum alie mulieres aſtarent
nullius alterius meminit niſi matris · docēs nos plꝰ
aliquid matribus prebere · Sicut enim parentes
circa ſpiritualia aduerſantes · neq̄ꝫ noſſe oportet ·
ita quando nihil impediunt omnia decet eis p̄be-
re et alijs preferre · Vnde ſubditur · Cū vidiſſꝫ er
go jheſus matrem et diſcipulum ſtantē quē dilige
bat · dicit matri ſue · Mulier ecce filius tuus · Be
da · Dilectionis indicō euāgeliſta ſuā demonſtrat
perſonam · non q̄ exceptis ceteris ſolus · ſed pre ce
teris familiarius · ꝓpter priuilegiuz caſtitatis a do
mino amabat̄ · q̄m virgo ab eo vocaꝰ virgo ꝑman
ſit in euū Chri · Pape q̄nto diſcipulū honorauit
honoē ſꝫ ipe ſeipm occultat · moderate ſapiēs · ſi ei
vellꝫ gloriari · et cām vtiq̄ꝫ adieciſſet ꝓpt̄ quā ama
batur · Etenim conueniens eſt magnam quandā ꝯ
mirabilem eſſe cauſam · Ideo autem nihil aliud jo-
hanni loquitur · neq̄ꝫ conſolatur triſtantem · quo-
niam tempus non erat verborum conſolacōne · Sꝫ
neq̄ꝫ parum erat honorari eum tali honore · Quia
vero conueniens erat matrem exiſtentem dolere ꝯ
procuracionem querere quia ipſe aberat · diſcipu
lo qui diligebatur · tradidit diligenciam habitu-
ro · Vnde ſequit̄ · Deinde dicit diſcipulo · Ecce ma
ter tua · Auguſtinus · Hec nimirum eſt illa hora
de qua jheſus aquam conuerſurus in vinū dixerat
matri Quid mihi ꝯ tibi eſt mulier · nondū venit ho
ra mea · Tunc enim diuina facturus · non diuinita-
tis · ſed infirmitatis matrem · velut incognitam re
pellebat · Nūc autē humana iam paciēs ex qua fa-
ctus fuerat homo · affectu cōmendabat humano ·
Moralis igitur inſinuatur locus · et exemplo ſuo in
ſtruit p̄ceptor bonus ut a filijs pijs impendat̄ cu-
ra parentibus tanq̄ꝫ lignum illud vbi erāt fixa mē
bra morientis · eciam cathedra fuerit magiſtri do-
centis · Chriſ · Itaq̄ꝫ eciam marcōnis obſtruit i
verecundiam · Si enī non genitꝰ eſt ſcd̄m carnem · ne
q̄ꝫ matrem habuit · cuius gracia tantam circa eā ſo
lam facit ꝓuidenciā · Intuere autē qualiter cuꝫ cruci
figeret̄ vniuerſa impturbate agebat · diſciplō lo
quēs de matre · ꝓphecias implēs · latroni bonā ſpē
tribuēs · anteq̄ꝫ autē crucifigeret̄ · trepidās videt̄
Nā illic quid nature imbecillitas demōſtrata eſt · hic
autē virtutis ſuphabūdancia oſ̄debat̄ · Sꝫ et nos
ꝑ hoc erudit · Si aū aduerſa ꝯturbauit · non ꝓpterea
deſiſtere cū in agonē ingreſſi fuerimꝰ omia ſuſtinē
ut facilia et leuia · Augꝰ · Quia ergo matri quaꝫ
relinquebat · alteꝝ ꝓ ſe filiū quodāmodo ꝓuide
bat · cur hoc fecerit · oſ̄dit in hoc q̄ ſubditur · Et ex
illa hora accepit eam diſcipulus in ſuā · Sꝫ in que
ſua johannes matrē domini accepit · Neq̄ꝫ enim nō
ex eis erat · qui dixerant ei · Ecce nos dimiſimꝰ omia
et ſecuti ſumus te · Suſcepit ergo eā in ſua · nō pre
dia que nulla ꝓpria poſſidebat · ſꝫ officia · que ꝓpa
diſpenſacōne exeq̄nda curabat · Beda · Alia lit
tera hꝫ · accepit eā diſcipulꝰ in ſuā quidaꝫ volunt
in ſuā matrē · ſꝫ ꝯgruēcius ſubaudit̄ · ſuam curam ·

Poſtea ſciens ihesus quia iam conſummata ſunt omnia ut conſummaretur ſcriptura dicit. Sicio. Vas ergo erat poſituz aceto plenum. Illi autem ſpongiam plenaz aceto iſopo circumponētes obtulerunt ori eius. Cum ergo accepiſſet ihesuſ acetum. dixit. Conſumatum eſt. Et inclinato capite tradidit ſpiritum.

Augꝰ. Patebat hec omnia q̄ apparebat homo. et ipſe id diſponebat hec omnia qui latebat deꝰ vnde dicit̄. Poſtea ſciēs ihesus qm̄ omnia ꝯſumata ſūt. ut ꝯſumaret̄ ſcriptura id eſt qd ſcriptura ꝑdixerat. Et in ſiti mea potauerunt me aceto. Dicit. Sicio. tanꝙ diceret. Id minus feciſtis. date qd eſtis. Judei quippe ipſi erant acetuz degenerantes a vino patriarchaꝝ et ꝓphetarum. Vas ergo poſituz erat aceto plenum. tanꝙ em̄ de pleno vaſe de iniq̄tate mūdi huius impletum cor habentes. velut ſpongia. cauernoſis quodāmodo atqꝫ tortuoſiſ latibuſ fraudulentū. Vnde ſequitur. Illi autem ſpongiaz plenā aceto hiſopo circumponentes. obtulerūt ori eius.

Chriſ. Neqꝫ em̄ ex his que videbant. facti ſunt manſueti ſed ſeuiebant magis. et eum potabant. condemnatoꝝ pocula offerentes. ꝓpterea em̄ hiſopus appoſitus erat. Augꝰ. Hiſopū autem cui circūpoſuerūt ſpongiam aceto plenā. qm̄ herba ē humilis et pectus purgat. Xp̄i humilitatē ꝯgruenter accipimꝰ quā circumdederūt et ſe circūueniſſe putauerūt. Xp̄i namqꝫ humilitate mūdam̄. Nec moueat quō ſpongiam ori eius potuerūt admouere. qui in cruce fuerat exaltatꝰ a terra. Sicut em̄ apud alios euangeliſtas legitur. qd hic ꝑtermiſit in arundine factum eſt. ut in ſpongia talis potus ad crucis ſublimia leuaret̄ Theo. Quidam vero hiſopum dicunt vocari arundinē. Nam frondeſ habet arundini conſimiles. Sequit̄. Cum ergo acceſſiſſet ihesus acetum. dixit. Conſumatū eſt Aug. Quid niſi qd ꝓphecia tanto ante ꝑdixerat Beda Hic queri poteſt. quō hic dicatur. Cum accepiſſz acetum. Cum alius euangeliſta dicat. noluit bibere. ſed hoc facile ſoluit̄. qm̄ non accepit ut biberz ſed ut qd ſcriptum erat implerz Greg. Deinde quia nihil remanſerat. qd anteꝙ moreret̄. fieri adhuc oporteret. Sequitur. Et inclinato capite tradidit ſpm̄. Augꝰ. Peractis omībꝰ que ut pagerē tur. expectabat. tanꝙ ille qui poteſtatē habebat ponendi animā ſuam et iterum ſumēdi eam Grego. xi. mora. Spiritus autem hic ꝓ anima ponit̄ Si enim aliud ſpiritū ꝙ animā euangeliſta dicerz Exeunte ſpiritu anima remanſiſſet Chriſo. Non autem qm̄ expirauit inclinauit caput. ſed qr inclinauit caput tunc expirauit. Per que omnia indicauit euangeliſta qm̄ omniū dn̄s ipſe erat Augꝰ. Quis em̄ ita dormit. qn̄ voluerit. ihesus mortuus eſt qn̄ voluit. Quanta ſperanda vel timenda poteſtas eſt iudicantis. ſi apparuit tanta morientis. Theo. Tradidit autem dn̄s ſpiritum deo et patri oſtendens ꝙ nequaꝙ ſanctorum anime conuerſantur in tumulis. ymmo deueniunt ad manus patris omniū. peccatoribus ad locum penaꝝ delatis. videlicet ad infernum.

Judei ergo quoniam paraſceue erat. ut non remanerent in cruce corpora ſabbato. erat enim magnus dies ille ſabbati. rogauerūt pilatum. ut frangerentur crura eorum. ⁊ tollerentur. Venerunt ergo milites. et primi quidem fregerunt crura. et alterius qui crucifixus eſt cum eo. Ad ihesum autem cum veniſſent. ut viderunt eum iam mortuum. non fregerunt eius crura. ſed vnus militum lancea latus eius aperuit. et cōtinuo exiuit ſanguis ⁊ aqua. Et qui vidit. teſtimonium perhibuit. et verum eſt eius teſtimonium. Et ſcit quia vera dicit. ut ⁊ vos credatis. Facta ſunt enim hec. ut ſcriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo. Et iteruz alia ſcriptura dicit. videbunt in quem tranſfixerutn.

Chriſ. Judei qui camelum tranſglutiebant. culicem autem colabant. cū tantaꝫ fuiſſent operati audaciam. de die diligenter raciocinantur. Vnde dicit̄ Judei ergo qm̄ paraſceue erat. ut nō remanerent in cruce corpora ſabbato Beda. Paraſceue id eſt ꝑparacio dicta eſt ſexta feria. quia eo die duplices ſibi cibos filij iſrahel ꝑparabant. Erat em̄ magnꝰ dies ille ſabbati. ſcilicet ꝓpter ſolēnitatē paſchalem. Rogauerūt pylatum ut frangerentur crura eorum. Augꝰ. Nō crura tollerentur. ſed hi quibus ideo frangebātur. ut morerentur auferrent̄ ex ligno ne pendētes in crucibus. magnum diē feſtū ſui diurni. cruciatus horrore fedarent Theo. Sic enim iubebant̄ in lege. non occidere ſolem in hominis ſupplicio. vel qr noluerūt in die feſto tortores aut homicide cenſeri Chriſo. Vide autem qualit̄ valida eſt veritas. Per eorum em̄ ſtudia ꝓphecia cōplet̄ Vnde ſubditur. venerunt ergo milites et ꝑmi quidem fregerunt crura et alterius qui crucifixus ē cum eo. Ad ihesum autem cum veniſſent. ut viderunt eum iam mortuum. non fregerunt eius crura ſed vnus militum lancea latus eius apuit Theo Vt iudeis complaceant lanceāt xp̄m circa corpus exanime contumelias inferentes. ſed ꝯtumelia in ſignum ꝓdijt. Sanguinem em̄ de corpore extincto manare. miraculoſū eſt Augꝰ. Vigilanti verbo euangeliſta vſus eſt. ut non diceret latus eius ꝑcuſſit. aut vulnerauit. ſed apuit. ut illic quodāmodo vite hoſtium panderet̄ vnde ſacramenta eccleſie manauerunt. Sine quibus ad vitam que vere vita eſt n̄ intr̄tur. vn̄ ſeq̄t̄. Et cōtinuo exiuit ſangs ⁊ aq̄

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Jlle ſanguis in remiſſionē fuſus eſt peccatoꝝ. ab
illa ſalutare temperat poculum. hoc et lauacꝝ p̄ſ
ſtat et potum. Hoc p̄nunciabat ꝙ noe in latere ar
ce hoſtium facere iuſſus eſt quo intrarēt animalia
que non erant diluuio peritura. quibꝰ p̄ figuraba
tur eccleſia. ꝓpter h̄ prima mulier facta eſt de vi
ri latere dormientis. et hic ſecundꝰ adam inclina
to capite in cruce dormiuit. ut inde formaret̄ ei ꝯ
iunx. p id qđ de latere dormientis effluxit. O morſ
vnde mortui reuiuiſcūt quid iſto ſanguine mun
dius quid iſto vulnere ſalubrius Chriſo. Et qꝛ
hinc ſuſcipiunt p̄ncipium ſacra miſteria cum acceſ
ſeris ad tremendū calicez. ut ab ipā bibiturꝰ xp̄i co
ſta. ita accedas. Theo. Erubeſcant igit̄ qui vi
num in ſacris non limphant miſterijs vident̄ em̄ n̄
credere ꝙ aq̄ de latere fluxerit. Poteſt tam̄ q̄s ca
lumnioſe dicere ꝙ aliqua virtuſ vitalis erat in cor
pore et ideo ſanguis effluxit. aqua vera manās in
expugnabile ſignuz fuit. Et ideo euangeliſta ſub
iungit. Et qui vidit teſtimoniū phibuit Chriſ.
Quaſi. d. Non ab alijs audiui. ſed ipē p̄ns vidi. Et
verum eſt teſtimoniū eius. Mđ ꝯuenienter ſubiun
git conuiciū xp̄i enarrans. non magnū aliqđ et ad
mirabile ſignum. ut ſic ſuſpectus ſmo redderet̄. ſʒ
ipſe hoc dixit. hereticoꝝ ora precludens et futu
ra pſonans miſteria. et eum qui iacebat in eis inſpi
ciens theſaurum. Sequitur. Et ille ſcit qꝛ vera di
cit. ut et vos credatis Aug. Scit ei qui vidit cu
ius credat teſtimonio. qui non vidit. Duo autē te
ſtimonia de ſcripturis reddidit ſingulis rebꝰ. q̄s
factas fuiſſe narrauit. Nam qꝛ dixerat. Non frege
runt crura jheſu ſubdidit. Facta ſūt em̄ hec ut ſcrip
tura impleretur. Os non comminuetis ex eo. Mđ pre
ceptum eſt eis qui celebrare paſcha iuſſi ſunt ouis
immolacōne in veteri lege. q̄ dominice paſſionis
vmbra p̄ceſſerat. Jtem qꝛ ſubiunxerat. Vnus mili
tum lancea latu eius apuit. ad h̄ ptinet alteꝝ te
ſtimonium qđ ſubdit dicens. Et iterum alia ſcrip
tura dicit. videbunt in quē tranſfixerūt. vbi pro
miſſus eſt xp̄us in ea qua crucifixus eſt carne futu
turus Hiero. Hoc autem teſtimoniū ſumptum ē
de zacharia.

Poſt hec autez roga
uit pylatum joſeph ab
arimathia eo ꝙ eſſʒ di
ſcipulus jheſu. occul
tus autem ꝓpter metū
iudeorum ut tolleret
corpus jheſu. Et pmi
ſit pylatuſ. venit ergo
et tulit corpus jheſu.
venit autem et nicode
muſ qui venerat ad jhe
ſum nocte primum. fe
rens mixturam mirrhe
et aloes quaſi libras

Chriſ. Eſtimās
joſeph extinctū eſſe
iudeorum furorem
xp̄o crucifixo. Cum
fiducia acceſſit ut
deponendum funus
ꝓcuraret. vnde di
citur. Poſt hec autē
rogauit pylatū jo
ſeph ab arimathia.
Bed. Arimathia
ipſa eſt ramatha ci
uitas helcane et ſa
muelis. Celitus au
tem ꝓuiſuʒ eſt ut eſ
ſet diues et ad pre
ſidem poſſet accede
re et ut eſſet iuſtus
ut corpus domini acci
pere mereretur. vn
de ſequitur. ut tol

centum. Acceperunt
ergo corpus jheſu. et
ligauerunt eum linthe
is cum aromatibus. ſi
cut mos eſt iudeis ſe
pelire. Erat autem in
loco vbi crucifixus eſt
ortus et in orto monu
mentum nouum in quo
nondum quiſq̄ poſitꝰ
fuerat. Jbi ergo ꝓpt̄
paraſceuen iudeorum
quia iuxta erat monu
mentuz. poſuerunt jhe
ſum.

leret corpus jheſu.
eo ꝙ eſſet diſcipulꝰ
jheſu Chriſ. Non
ex. xij. ſed ex ſeptua
ginta quomō nullꝰ
ex. xij. acceſſerit. Et
ſi timorem iudeoruʒ
quis ꝓ cauſa aſſum
pſerit. hic eodeʒ de
tinebat̄ timore. vn
de dicitūr. Occultꝰ
autem ꝓpter metuʒ
iudeorum. Sed val
de inſignis erat. et
pylato notus. vnde
et graciam accepit
et hoc eſt qđ ſubdi
tur. Et pmiſit pyla
tus. Et ſepelit de re
liquo non ut condē
natum. ſed ut mag
num quendam et mirabilem. Vnde ſubdit̄. Venit
ergo et tulit corpus jheſu Augꝰ. de con. euan.
Jn extremo em̄ illo officio funeri exhibendo minꝰ
curauit a iudeis. q̄uis ſoleret in dominio audiendo
eorum inimicicias deuitare Beda. Sedata enim
vtcunq; eorum ſeuicia eo ꝙ ſe aduerſus xp̄m pre
ualuiſſe gaudebant. corpus xp̄i pecijt. qm̄ non vi
debatur cauſa diſcipulatus. ſed pietatiſ veniſſe. ut
funeri officium impenderet. qđ homīes non ſolum
bonis. ſed eciam malis ſolent impendere. Adiun
gitur autem ei et nicodemus. Vnde ſequitur. veīt
autem et nicodemus qui venerat ad jheſum nocte
primū. ferens mixturam mirrhe et aloes quaſi li
bras centum Augꝰ. Non ita diſtinguendū eſt. ut
dicamus. primū ferens mixturā mirrhe. ſed ut qđ
dictum eſt primū ad ſuperiorez ſenſū ptineat. Vene
rat em̄ ad jheſū nicodemus nocte primū qđ idē jo
hannes narrauit in prioribꝰ euangelij ſui ptibus.
hoc ergo intelligendū eſt ad jheſū non tunc ſolum.
ſed tunc primū veniſſe nicodemū. veniſſe autē po
ſtea ut fieret audiendo diſcipulus. Ferunt autē pig
menta que maxime corpus apta ſūt q̄ plurimū con
ſeruare. et nō pmittere cito ſubijci corrupcōni. ad
huc em̄ ut de nudo homīe diſponebāt. ſed tamē mi
tam dilectionem demonſtrabāt Beda. Notandū
eſt autem ꝙ ſimplex vnguentū fuerit. qꝛ ex diuer
ſis aromatibus licenciam conficiendi non haberēt.
Sequitur. Acceperūt ergo corpus jheſu et liga
uerunt eum lintheis cum aromatibꝰ ſicut mos ē iu
deis ſepelire Augꝰ. Jn quo euangeliſta admonu
it in huiōi officijs que mortuis exhibent̄. morem
cuiuſq; gentis eſſe ſeruandū. Erat autem illius gen
tis conſuetudo ut mortuoꝝ corpa varijs aromati
bus condirent̄. ut diucius ſuarentur. illeſa Aug.
de con. euan. Neq; autem h̄ johannes alijs repug
nat. neq; em̄ illi qui nicodemū tacuerūt. affirmaue
runt a ſolo joſeph dn̄m ſepultū q̄uis ſolus ome
moracōnē fecerit aut qꝛ illi vna ſyndone a joſeph
inuolutum dixerūt ꝓpterea phibuerūt intelligi et
alia linthea potuiſſe afferri a nicodemo et ſupad
di ut veꝝ narret johānes ꝙ non vno lintheo. ſed

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lintheis inuolutus ſit. Quis et ꝓpter ſudariū qḋ
capiti adhibebatur et inſtitas quibus corpus to=
tum alligatum eſt. quia omnia de lino erant. eciā
ſi vna ſindo ibi fuit. veraciſſime dici potuit. ligaue
runt eum lintheis. Linthea quippe generaliter di=
cuntur que lino texuntur. Beda. Hinc eccle=
ſie conſuetudo deſcendit ut corpus domini non in
ſericis et auro textis conſecretē. ſed in ſyndone mū=
da Chri. qꝛ ꝗ̄uo breuitate tpis vrgebanē. Nona
ei hora mortuo xp̄o. deinde accedētib9 ad pylatū ⁊
deponētib9 xp̄i corp9 veſpa inmebat. Jō ponūt e
um in ꝓximū monumētū. vñ ſubdit. Erat aūt in lo
co vbi crucifix9 eſt ortus et in orto monumentum
nouum. in quo nondum quiſq̄ȝ poſitus fuerat. Qḋ
diſpenſacione factum eſt. ne alterius alicuius qui
cum eo iaceret eſtimaretur reſurrectio facta eſſe.
Auguſtinus. Sicut eciam in marie virginis
vtero nemo ante illum nemo poſt illum concept9
eſt. Jta in hoc monumento nemo ante illū nemo p9
illum ſepultus eſt. Theophilus. Per hoc eci=
am q nouum fuit ſepulchrum miſtice datur intel=
ligi q per xp̄i ſepulturam omnes innouamur mor
te et corrupcione deſtructa. Attende eciam habū=
danciam ꝓ nobis ſuſcepte paupertatis. Nam qui
domum in vita non habuit. poſt mortem q̄ȝ in ali
eno ſepulchro reconditur. et nudus exiſtens a jo=
ſeph opitur. Sequitur. Jbi ergo propter para=
ſceuen iudeorum quia iuxta erat monumentum. po
ſuerunt jheſum. Auguſtinus. Acceleratā vult
intelligi ſepulturam ne ad veſperaſceret. quando
iam propter paraſceuen. quam cenā puram iudei
latine vſitacius apud nos vocant facere tale aliq̄d
non licebat. Chriſoſtomus. Propinquū autē
fuit ſepulchrum. ut diſcipuli poſſent cum facilita
te accedere et conſideratores fieri eorum que eue=
niebant. prope exiſtente loco. et ut ſepulture te=
ſtes eſſent eciam inimici cuſtodientes ſepulchrum
et ut falſus oſtenderetur is qui de furto ſermo.
Beda. Miſtice autem joſeph interpretatē ap
tus. per accepcionem boni operis. ad quod mone=
mur ut corpus domini digne percipere mereamur
Theophilus. Nunc eciam quodammodo xp̄uſ
apud auaros mortificatur in paupere famē paciē
te. Eſto ergo joſeph. et tege xp̄i nuditatem. nō ſe
mel ſed in tuo tumulo ſpirituali conſiderando recō
de. et coopi et miſce mirram et aloem amaricancia
conſiderando vocem illam. Jte maledicti in ignem
eternum. qua nihil amarius eſtimo.

## CAPIT. XX.

Una aūt ſab
bati. maria
mag. venit
mane cū ad
huc tenebre eſſent ad
monumentum. ⁊ vidit
lapidem reuolutum a
monumēto. Cucurrit
ergo et venit ad ſymo
nem petrum et ad aliū
diſcipulum quem dili=
gebat jheſus. Et dicit
eis. Tulerunt dominū
de monumento. et ne=
ſcimus vbi poſuerunt
eum. Exijt ergo petr9
et ille alius diſcipulus
et venerunt ad monu=
mentum Currebāt au
tem duo ſimul. Et ille
alius diſcipulus p̄cur=
rit cicius petro. et ve=
nit prior ad monumen
tum. et cum ſe inclinaſ
ſet. vidit poſita linthe
amina. non tamen in=
troiuit venit ergo ſy=
mon petrus ſequens e
um et introiuit in mo
numentum et vidit lin
theamina poſita et ſu
darium. qḋ fuerat ſup
caput eius. nō cum lin
theaminibus poſitum
ſed ſepatum inuolutū
in vnum locum. Tunc
ergo introiuit et ille
diſcipulus. qui vene
rat primus ad monum̄
tum. et vidit et credi
dit. Nondum enim ſci
ebāt ſcripturas. quia
opoteret eum a mortu
is reſurgere.

Chriſoſtom9. qꝛ
iam tranſierat ſab=
batum. in quo impe
diebatur a lege. nō
potuit maria mag=
dalene quieſcere. ſȝ
venit profundo di=
luculo conſolacōnē
quandam a loco ſe=
pulture inuenire vo
lans. Vnde dicitur.
Vna autem ſabbati
maia magdalene ve
nit mane cuȝ adhuc
tenebre eſſet. ad mo
numentum. Au
guſtinus. d concor
dan. euangeliſtarū
Venit quidem ma=
ria magdalene. ſine
dubio. ceteris muli
eribus que domino
miniſtrauerant. plu
rimū dileccione fer
uencior. ut non im=
merito johannes ſo
lam commemoraret
tacitis eis que cum
illa fuerant. ſicut a
lij teſtantur. Au=
guſtinus. ſuper jo=
hannem. Vna autē
ſabbati eſt. quē iā
diem dominicū ꝓp=
ter domini reſurre=
ctionem mos xp̄ia=
nus appellat quem
matheus primā ſab
bati nominauit.
Beda dicitur ergo
vna ſabbati. hoc eſt
altera ſiue p̄ma die
poſt ſabbatum.
Theophilus. Vel'a
liter ebdomade di=
es iudei ſabbatū no
minabant. Vnaȝ au
tem ex ſabbati die=
bus primam. futuri
autem ſeculi exem
plar eſt hec dies. q̄
niam futuri ſeculi v
na dies ē nequaq̄ȝ no
cte interpalata. De
us enim ibi ſol eſt.
qui nūquam occidit
Jn hac igitur die
dominus reſurrexit
incorruptibiliatem
corporis aſſumens
ſicut nos in futuro
ſeculo incorrupcio
ne induemur. Auguſtinus. de concor. euange
liſtarum. Quod autem marcus dicit. valde mane o
riente iam ſole. non repugnat ei quod hic dicitur.
Cum adhuc tenebre eſſent. die quippe ſurgente a
lique reliquie tenebrarum tantomagis extenuanē
quantomagis oritur lux. Nec ſic accipiendum eſt.
quod ait marcus. valde mane orto iam ſole. tanq̄ȝ
ſol ipſe iam videretur ſuper terram. ſed pocius ſi
cut dicere ſolemus eis. quibus volumus ſignifica
re temperius aliquid faciendum. orto iam ſole dici
tur. i. de proxio adueniente in has partes. Gre
gorius in omel. Congrue autem dicitur. Cum ad
huc tenebre eſſent. Maria enim autorem omnium
quē carne viderat. mortuū querebat in monumēto

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et quia hunc minime inuenit· furatū credidit · Ad
huc ergo erant tenebre cum venit ad monumentū
Sequitur · Et vidit lapidem reuolutum a monumē
to· Auguſtinus· Jam ergo factum erat· quod
ſolus matheus commemorat de terremotu et lapi
de reuoluto conterritiſqꝫ cuſtodibus· Chriſo
ſtomus · Surrexit quidem dominus lapide et ſigna
culis ſepulchro iacentibꝰ· quia vero oportebat
et alios certificari aperitur monumentum poſt re
ſurrectionem et ita creditur quod factum eſt· hoc
deniqꝫ et mariam mouit· videns enim lapidē ſub
latum non intrauit neqꝫ proſpexit· ſed ad diſcipu
los ex multo amore cum velocitate cucurrit· nōdū
autem de reſurrectione nouerat aliquid manifeſtū
ſed putabat tranſlacionem corporis eſſe factam

Gloſa · Et ideo cucurrit nunciare diſcipulꝭ ut
aut ſecum quererent · aut ſecum dolerent · Et hoc ē
quod ſequitur · Cucurrit ergo· et venit ad ſymonē
petrum et ad alium diſcipulum quē diligebat ihe
ſus· Auguſtinus · Ita ſe commemorare ſolet
ꝙ eum diligebat ihesus qui vtiqꝫ omnes· ſed ipſū
preceteris et familiarius diligebat· ſequitur· et di
xit eis· tulerunt dominū meum et neſcio vbi poſue
runt eum· Gregorius· iij· moralꝭ· Hoc autem
dicens totum pro parte inſinuat· ſolum quippe cor
pus domini queſitura venerat · et quaſi totū domi
num ſublatum deplorat· Auguſtinus· Nonnul
li autem codices· Greci eciā habent· Tulerūt do
minum meum· quod videri dictum poteſt ꝓpenſio
re caritatis vel famulatus affectu · Sꝫ hoc in plu
ribus codicibus quos in promptu habemus· nō in
uenimus· Diſcipulum autem quem diligebat ihesꝰ
ſeipſum dicit· nam quippe ita cōmemorare ſolet ꝙ
eum diligebat ihesus qui vtiqꝫ omnes ſed ipſum ꝑ
ceteris et familiarius diligebat· Chriſoſtomus
Euangeliſta vero non priuauit mulierem hac lau
de neqꝫ verecundum exiſtimauit ꝙ ab ea prius ad
diſcerent · Audientes ergo illi cū multo ſtudio mo
numento inſiſtunt· Gregorius· Illi autem pre
ceteris cucurrerunt · qui pre ceteris amauerūt· vi
delicet petrus et johannes· Vnde ſequitur · Exijt
ergo petrus et ille alius diſcipulus et venerūt ad
monumentum· Theophilus · Sꝫ ſi q̄ras quo
modo aſtantibus cuſtodibus venerunt ad monumē
tum· rudis queſtio· quoniam poſtq̄ꝫ dominus reſur
rexit et vna cum terremotu affuit angelus in ſepul
chro · receſſerunt cuſtodes annunciantes phariſeis

Auguſtinus· Cum autem iam dixiſſet· venerāt
ad monumentum· regreſſus eſt· ut narret· quomo
do venerunt atqꝫ ait · Currebant autem duo ſimul
et ille alius diſcipulus precurrit cicius petro· et ve
nit prior ad monumētū· vbi oſtendit ꝙ ipſe prior
venerit ſed tanq̄ꝫ de alio cuncta narrat· Chri
ſoſtomus· Veniens autem conſiderat linthea
poſita· Vnde ſequitur· Et cum ſe inclinaſſet· vidit
poſita linthea mina· Nihil tamen ipſe pluſ perſcru
tatur· ſed deſiſtit· Et hoc eſt quod ſubditur · Non
tamen introiuit· Petrus vero ut feruidus introieſt
vniuerſa inſpexit diligenter et amplius vidit· Vn
de ſequitur · Venit ergo Symon petrus ſequens
eum· et intra· in monu· et vidit linthe· po· et ſuda
rium quod fuerat ſuper caput eius non cum linte

aminibus poſitum ſed ſeparatum inuolutum in vnū
locum· quod erat reſurrectionis ſignum· Neqꝫ enī
ſiquidem eum tranſtuliſſent· corpus eius denudaſ
ſet· neqꝫ ſi furati eſſent· huius rei fuiſſent ſolliciti
ut leuarent ſudarium· et inuoluerent· et ponerēt
in vnum locum ſeorſum a lintheaminibus ſed ſim=
pliciter ut ſe habebat ſuſcepiſſent corpus ideo enī
johannes premiſerat quoniam ſepultus eſt cū mir=
ra que conglutinat corpori linthea mīa· ut nō de=
cipiaris ab his qui dicunt eum furto ſublatum eſ=
ſe· Non enim ita inſenſatus eſſet· qui furaretur ut
circa rem ſuperfluam tantum ſtudium conſumeret
Poſt petrum autem et johannes introiuit · Vnde
ſequitur · Tunc ergo introiuit et ille diſcipulus q̄
venerat primus ad monumentum· et vidit et credi
dit· Auguſtinus· Nonnulli putant hoc johan
nem crediddiſſe ꝙ ihesus reſurrexerit· Sed quod ſe
quitur hoc non indicat· Vidit ergo mane monumē
tum, et credidit quod dixerat mulier · Nam ſequitē
Nondum enim ſciebant ſcripturas quia oporteret
eum a mortuis reſurgere · Non ergo eum credidit
reſurrexiſſe· quem neſciebat oportere reſurgere·
quando autē ab ipſo domino audiebant quamuis
aptiſſime diceretur· conſuetudine tamen audiendi
ab illo parabolas non intelligebant· et aliquid ali
ud eum ſignificare credebant· Gregorius· in
omeꝉ· Hec autem tam ſubtilis euangeliſte deſcrip
cio a miſterijs vacare credenda non eſt· per johan=
nem iuniorem ſynagoga· per ſeniorē vero petrū
eccleſia gencium deſignatur· quia et ſi ad dei cultū
prior eſt ſynagoga q̄ꝫ eccleſia gencium ad vſū ta=
men ſeculi prior eſt multitudo gencium q̄ꝫ ſynago
ga· Cucurrerunt autem ſimul quia ab ortus ſui tē
pore vſqꝫ ad occaſum pari et omuni via et ſi nō pa
ri et omuni ſenſu gentilitas cum ſynagoga decu=
currit· Venit ſynagoga prius ad monumentum ſꝫ
minime intrauit · qꝛ legis quidem mandata per=
cepit· ꝓphecias de incarnacione ac paſſione domi=
nica audiuit· ſed credere in mortuum noluit· Venit
autem ſymonpetrus et introiuit in monumentum·
quia ſecuta poſterior eccleſia gencium· xp̄m ihesū
et cognouit carne mortuum et viuentem credidit
deum · Sudarium autem capitis domini cum linte
aminibus non inuenitur· quia caput xp̄i deus et di
uinitatis incomprehenſibilia ſacramenta ab infir
mitatis noſtre cognicione diſiuncta ſūt· eiuſqꝫ po
tencia creature tranſcendit naturam· Non ſolū au=
tem ſeparatim ſed inuolutum inueniri dicitur · qꝛ
linthei quo ſinuoluitur· nec inicium nec finis aſpici=
tur· Celſitudo autem diuinitatis nec cepit eſſe nec
deſinit· Bene autem additur in vno loco· qꝛ in ſciſ
ſura mencium deus non eſt· et illi eius graciam ha
bere merentur qui ſe ab inuicem per ſectarum ſcan
dala non diuidunt· Sed quia ſolet per ſudarium la
borancium ſudor detergi· poteſt et ſudarij nomine
intelligi labor dei· Sudarium ergo quod ſuper ca
put eius fuerat · ſeorſum inuenitur· Quia ipſa re=
demptoris noſtri paſſio· longe a noſtra paſſione
diſiuncta eſt· Quoniam ip̄e ſine culpa ꝑtulit quod
nos cū culpa toleramꝰ· Ip̄e ſpōte morti ſuccūbere
voluit ad quam nos venimus inuiti· Poſtquā autē
intrauit· Petrus· ingreſſus eſt et johannes· quia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in fine mundi ad redemptoris fidem. eciam iudea colligetur. Theophilus. Vel aliter. Intellige. Petrum actiuum et promptum. Johannem vero. contemplatiuum et docilem erga rerum diuinarum habuiſſe periciam. plerumqʒ autem preuenit contemplatiuus noticia et docilitate. Sed actiuus inſtancia feruoris et ſedulitate precedit. illi9 acumen. Et prius inſpicit diuinum miſterium.

Abierunt ergo iterum diſcipuli ad ſemetipſoſ Maria autem ſtabat ad monumentum foriſ plorans. Dum ergo fleret. inclinauit ſe et proſpexit in monumentum. et vidit duos angelos in albis ſedētes vnum ad caput et vnū ad pedes vbi poſitum fuerat corp9 jheſu. Dicunt ei illi. Mulier qd ploras. Dicit eis. quia tulerunt dominū meū et neſcio vbi poſuerūt eum. Hec cum dixiſſet conuerſa eſt retrorſuʒ et vidit jheſum ſtantē et non ſciebat quia ihe ſus eſſet. Dicit ei iheſus. Mulier quid ploras. Quem queris. Illa eſtimans quia ortulanus eſſʒ. dicit ei. Domine ſi tu ſuſtuliſti euʒ dicito mihi vbi poſuiſti eum. et ego eum tollam. Dicit ei iheſus. Maria. Conuerſa illa. dicit ei. Raboni. quod dicitur magiſter. Dicit ei iheſus. Noli me tangere. Nondum eñi aſcendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos et dic eiſ aſcendo ad patreʒ meū. et patrem veſtruʒ deum meum. et deum veſtrum. Venit maria magdalene annunciāſ diſcipulis. qr vidi dominū et hec dixit mihi

Gregorius. in omel. Maria autem magdalene que fuerat in ciuitate peccatrix amando veritatem lauerat lacrimis maculas criminis. cuiuſ mentē magna vis amoris accenderat. Que a monumento domini eciam diſcipulis recedentibus non recedebat. Dicitur enim Abierunt ergo iterum diſcipuli ad ſemetipſos. Auguſtinus. Id eſt vbi habitabant. et vnde ad monumentuʒ cucurrerant. Viris autem redeuntibus infirmiorem ſexū in eodem loco forcior figebat affect9. Vnde ſequitur. Maria auteʒ ſtabat. ad monumentuʒ foris plorans. Auguſtinus. de concordancia euangeliſtarum. Id eſt ante illuʒ ſaxei ſepulchri locum. Sed tamen intra illud ſpacium quo iā ingreſſe fuerāt. ortuſ quippe illic erat. Chriſoſtomus. Ne mireris auteʒ qꝫ maria amare flebat ad ſepulchrum. petrus vero nihil tale paſſus eſt. Compaſſibile enim ē muliebre genus. et natura flebile. Auguſtinus. Oculi igitur qui dominum q̄ſierant. et non inuenerant lacrimis vacabant. amplius dolentes qꝫ fuerat ablatus de monumento. q̄ꝫ qꝫ fuerat occiſus in ligno. Quoniam magiſtri tanti cuius vita ſubtracta fuerat. nec memoria remanebat. Auguſtinus. de concordancia euangeliſtarum. Viderat autem cum alijs mulieribus angelum ſedentem a dextris ſuper lapidem reuolutū a monumento. Ad cuius verba cum fleret. proſpexit in monumentum. Chriſoſtom9 Magnum enim ad mitigacionem eſt monumentum apparens. vide deniqʒ eam ut plus requieſceret. et inclinantem ſe et volentem locum videre. vbi iacuit corpus. Vnde ſequitur. Duʒ ergo fleret inclinauit ſe et proſpexit in monumentum. Gregorius. Amanti enim ſemel aſpexiſſe non ſufficit. qr vis amoris intencionem multiplicat inquiſicionis Auguſtinus. Nimiū enim dolebat nec ſuis nec diſcipulorum oculis facile putabat eſſe credenduʒ An pocius diuino inſtinctu in animo eius effectuʒ eſt ut proſpiceret. Gregorius. Queſiuit eñi corpus et minime inuenit. perſeuerauit ut quereret. Vnde et contigit. ut inueniret. actumqʒ eſt ut deſideria dilata creſcerent. et creſcencia caperent. quod inueniſſent. Sancta enim deſideria dilacione creſcunt. Si autem dilacione deficiunt. deſideria non fuerunt. Iſta itaqʒ que ſic amat. que ſe ad monumentum quod proſpexerat. iterum inclinat. videamus quo fructu vis amoris in ea ingeminat opus inquiſicionis Sequitur enim. Et vidit duos angelos in albis ſedentes vnum ad caput et vnuʒ ad pedes vbi poſitum fuerat corpus jheſu. Chriſoſtomus. Quia enim non erat excelſa mulieris mens ut ex ſudarijs perciperet reſurrectionem angelos videt in leto habitu. ut et ipſa a paſſione mitigetur. Auguſtinus. Quid eſt autem qꝫ vnus ad caput et alter ad pedes ſedebat. an quoniam qui grece angeli dicuntur. latine ſunt nuncij. Iſto modo xp̄i euangelium velut a capite vſqʒ ad pedes. ab inicio vſqʒ ad finem ſignabant eſſe nunciandum. Gregorius. Vel ad caput ſedet angelus cum per apoſtoloſ predicatur. quia in principio erat verbum. et quaſi ad pedes ſedet cum dicitur. Verbum caro factum eſt. Poſſumus eciam per duos angelos duo teſtamenta agnoſcere. que duʒ pari ſenſu incarnatum et mortuum ac reſurrexiſſe dominum nunciant. quaſi teſtamentum prius ad caput et teſtamentum poſterius ad pedes ſedet. Chriſoſtomus. Angeli autem apparentes nihil de reſurrectione dicunt. ſed paulatim in eum qui de reſurrectione eſt. intrant. ſermonē. Quia enim mulier vltra conſuetudinem preclarum habitum viderat. ne turbetur. audiuit compaſſionis vocem. Vnde ſequitur. Dicunt ei illi mulier quid ploras. Angeli lacrimas prohibebant. et futurum quodāmodo gaudium nūciabant. Ita enim dixerūt. Quid ploras. ac ſi dicerent. plorare noli. Gregorius. Ipſa enim ſacra eloquia que in nos lacrimas amoris excitant. eaſdem lacrimas conſolantur dum nobis redemptoris noſtri ſpeciem repromittunt Auguſtinus. At illa eos putat interrogaſſe

neſcientes· cauſās prodit lacrimarum· Vn̄ ſequit̄
Dicit eis· quia tulerunt dominum meum· Dominū
ſuum vocat domini ſui corpus exanime· a toto par
tem ſignificans· ſicut omnes confitemur jheſū xp̄m
filium dei ſepultum cum ſola eius ſepulta ſit caro
Sequitur· Et neſcio vbi poſuerunt eum· Hec erat
cauſa maior doloris· quia neſciebat quo iret ad cō
ſolandum dolorem· Chriſoſtomus· Nondum
autem de reſurrectione aliquid nouerat ſed adhuc
tranſlacionem ymaginabatur· Auguſtinuſ· de
concordancia euangeliſtarū· Hic intelligendi ſūt
ſurrexiſſe angeli· ut eciam ſtanteſ viderentur· ſicut
Lucas eos viſos eſſe commemorat· Auguſti-
nus· ſuper johannem· Sed hora iam venerat· qua
id quod nunciatum quodammodo fuerat ab ange-
lis flere prohibentibus· gaudium ſuccederet flen
tibus· Vnde ſequitur· Hec cum dixiſſet· conuerſa ē
retrorſum· Chriſoſtomus· Sed quare ad an-
gelos loquens et nondum ab eis aliquid audiens ꝯ
uertitur retrorſum· michi videtur ꝙ hec ea dicen-
te· xp̄us poſt eam apparuit· et angeli conſiderantes
dominatorem et figura et inſpectione et motu con
feſtim oſtenderunt quoniam dominū viderunt et
hoc eſt quod mulierem conuerti retrorſum fecit·

Gregorius Notandum eciam eſt ꝙ maria que
adhuc de domini reſurrectione dubitabat conuer
ſa retrorſum eſt· ut videret jheſum· quia videlicȝ
per eandem dubitacionem ſuam quaſi tergum ī do
mini faciem miſerat quem reſurrexiſſe minime cre
debat· Sed quia amabat· et dubitabat· videbat·
et non agnoſcebat eum· Vnde ſequit̄· Et vidit jhe
ſum ſtantem et non ſciebat quia jheſus eſſet·
Chriſoſtomus· Angelis enim ut dominator appa
ruit mulieri vero non ita ne eam ex prima viſione
ſtupefaceret· non enim oportebat eam repente ad
excelſa reducere· ſed paulatim· Sequitur· Dicit ei
jheſus· mulier quid ploras· quem queris· Gre-
gorius· Interrogatur doloris cauſa ut augeat̄ deſi
derium quatinus cum nominaret quem quereret·
in amorem eius ardencius eſtuaret· Chriſoſto
mus· Et quia in communi figura apparuit· eſtimauit
eum ortulanum eſſe· Vnde ſequitur· Illa eſtimās
quia ortulanus eſſet· Dicit ei domine ſi tu ſuſtuli-
ſti eum· dicito michi vbi poſuiſti eum· ut ego eum
tollam hoc eſt· ſi ꝑ propter timorem iudeorum leua
ſti eum dicito michi et ego eum accipiam· The
ophilus· Timebat enim ne iudei eciam corpori in
ſeuirent exanimi· et ideo volebat in alio loco inco-
gnito illud tranſponere· Gregorius· Forſitan
autem nec errando hec mulier errauit que jheſū or
tulanum credidit· an non ei ſpiritualiter ortulanꝰ
erat· qui in eius pectore per amoris ſui vim· ſemina
virtutum virencia plantabat· Sed quid eſt ꝙ vi-
ſo eo quem ortulanum credidit· cui necdum dixe-
rat quem querebat· Ait· Domine ſi tu ſuſtuliſti eū
Sed vis amoris hoc agere ſolet in animo· Vt quē
ipſe ſemper cogitat· nullum alium credat ignora-
re· Poſtq̄ autem eam dominus communi vocabulo
appellauit ex ſexu· et agnitus non eſt· vocat ex no
mine· Vnde ſequitur· Dicit ei jheſus· maria· Ac ſi
dicat recognoſce eum a quo recognoſceris· Maria
ergo quia vocatur ex nomine· recognoſcit autorē

qꝛ et ipē erat· q̄ quēbat̄ exteriꝰ et ipē q̄ eā interiꝰ
ut q̄rerȝ docebat· Vn̄ ſequit̄· Conuerſa illa dicit
ei rabom· quod dicitur magiſter· Chriſoſto-
mus· Sicut enim iudeis quandoqȝ immanifeſtus e-
rat et preſens· ita et loquens cum volebat· ſeipſū
notum faciebat· Qualiter autē conuerſa dicit cū
xp̄us ad eam loqueretur· michi videtur· ꝙ dicente
ea vbi poſuiſti eum· Conuerſa eſt ad angeloſ ut in
terrogaret· cur ſtupefacti eſſent· Deinde xp̄us vo
cans eam conuertit eam ad ſeipſum· et per vocem
manifeſtum ſeipſum fecit· Auguſtinus· Vel
quia prius conuerſa corpore quod non erat· puta
uit· nunc corde conuerſa quod erat· agnouit· Ne-
mo autem calumpnietur mulierem ꝙ ortulanum dix
erit dominum et jheſum magiſtrum· Ibi enim hono
rabat hominem a quo beneficium poſtulabat· hic
recolebat doctorem· a quo diſcernere humana et di
uina diſcebat· Aliter ergo dum dixit ſuſtulerunt
dominum meum· Aliter autem· Domine ſi tu ſuſtu
liſti eum· Gregorius· Iam vero ab euangeli-
ſta non ſubditur· quid mulier fecit· ſed ex eo innui
tur· ꝙ audiuit· Sequitur· Dicit ei jheſus· Noli me
tangere· In his namqȝ verbis oſtenditur ꝙ maria
amplecti voluit eius veſtigia· quem recognouit·
Sed cur tangi non debeat racio quoqȝ additur cū
ſubiungitur· Nondum aſcendi ad patrem meum·

Auguſtinus· Sed ſi ſtans in terra non tangi-
tur· ſedens in celo quomodo ab homine tangetur·
qui certe anteq̄ aſcenderet· diſcipulis ſuis ſe obtu
lit tangendum dicens· Palpate et videte· qꝛ ſpi
ritus carnem et oſſa non habet· ut lucas teſtatur·
Quis autem tam ſit abſurdus· ut dicat eum a diſci
pulis quidem anteq̄ aſcendiſſet ad patrē ſe volu
iſſe tangi· A mulieribus autem noluiſſe· niſi cum aſ
cendiſſȝ ad patrem· Sed leguntur eciam femine pꝰ
reſurrectionem anteq̄ ad patrem aſcenderet· teti
giſſe jheſum Inquibus erat ipſa maria magdalena·
narrante matheo· Aut ergo hoc ſic dictū eſt· ut in
illa femina figuraretur eccleſia de gentibus· que
in xp̄m non credidit· niſi cum aſcendiſſet ad patrē
aut ſic in ſe credi voluit jheſus· hoc eſt ſic ſe ſpiritu
aliter tangi ꝙ ipſe et pater vnum ſunt· Eius quip
pe intimis ſenſibus quodammodo aſcendit ad pa
trem· qui ſic in eo profecerit· ut patri agnoſcat eq̄
lem· Quomodo autem hec non carnaliter adhuc in
eum credebat· quem ſicut hominem flebat· Au
guſtinus· primo de trinitate· Tactus autem tan
q̄ finem facit nocionis· Ideoqȝ nolebat in eo eſſe
finem intēti cordis in ſe· ut hoc quod videbatur·
tantummodo putaretur· Chriſoſtomus· Vel
aliter· volebat hec mulier adhuc cum xp̄o eſſe· ſic
et ante paſſionem· et pre gaudio nichil magnū ex
cogitabat· quamuis caro xp̄i multo melior facta fu
erit reſurgendo· Ab hac ergo intelligencia eā ab
ducens dixit· noli me tangere· ut cum multa reue
rencia ei loquatur· vnde nec diſcipulis apparet de
reliquo cum eis conuerſans ut reuerencius ei atten
dant· dicens· nondum enim aſcendi· oſtendit quo
niam illuc properat et feſtinat· Eum autem qui illuc
debet abire· et non vltra cum hominibuſ conuerſa
ri non oportebat eum eadem videre mente qua et
ante· Et hoc manifeſtat conſequenter dicens· Vade

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

autem ad fratres meos et dic eis · Aſcendo ad patrem meum et patrem veſtrum· deum meum et deum veſtrum· Hylarius·xi· de trinitate· Inter ceteras impietates ſuas eciã hoc dicto domini vti ſolent heretici· ut per id ꝙ pater eius pater eoꝝ eſt· et deus eius deus eorum eſt· in natura dei non ſit· ſed in forma dei manens formam ſerui aſſumpſit· Et cum hoc ad homies in ſerui forma xp̃us jheſus loquatur· non ambigitur· quin pater ſibi ut ceteris ſit ex ea parte qua homo ẽ· et deus ſibi ut cũ ctis ſit ex ea natura qua ſeruus eſt· Deniqȝ hunc eundem ſermonem cepit dicens· vade ad fratres meos· fratres autem ex carne ſunt deo· Ceterũ vnigenitus deus ſine fratribus eſt· Auguſtinus· Vel aliter· Non ait patrem veſtrum· ſed patrem meum et patrem veſtrum· Aliter ergo meuȝ Aliter veſtrum· Natura meum· Gracia veſtrũ· Neqȝ dixit deum veſtrum· ſed deum meum· ſub quo ego homo et deum veſtrum· inter quos et ipſũ mediator ſum· Auguſtinus· de cõcordancia euãgeliſtarum· Tunc ergo egreſſa eſt a monumento· hoc eſt ab illo loco vbi erat orti ſpacium ante lapidem effoſſum· et cum illa alie quas ſecundum marcum inuaſerat tremor et pauor· et nemini ſcilicet aliorum quicꝙ dicebant· vnde et hic dicitur· Venit maria magdalene annũcians diſcipulis quia vidi dominum· et hec dixit mihi· Gregorius· Ecce humani generiſ culpa· ibi abſconditur· vnd̓ ꝓceſſit· quia enim in paradiſo mulier viro propinauit mortem· a ſepulchro mulier viris annunciauit vitam· et dicta ſui viuificatoris narrat que morti feri ſerpentis verba narrauerat· Auguſtinus de concordancia euangeliſtarum· Dum autem cum alijs veniret tunc ſecundum matheum occurrit illiſ jheſus dicens· Auete· Sic ergo colligimus angelorum collocucionem bis numero eas habuiſſe· venientes ad monumentum et eciam ipſiuſ domini· ſemel ſcilicet quando maria ortulanuȝ putauit· et iterum cum eis occurrit in via ut eas repeticione firmaret· Et ſic venit maria magdalene annunciãſ diſcipulis· non ſolum ipſa· ſed et alie quas lucas commemorat· Beda· Miſtice autem maria que interpretatur domina illumiata illumiatrix· ſeu ſtella maris ſignificat· Eccleſiam que magdalena id ẽ turrenſis dicitur· Naȝ magdalon grece latine turris dicitur· propter illud quod dicitur in pſalmo· Factus eſt mihi turris fortitudinis· In eo autem ꝙ hec mulier diſcipuliſ xp̃m reſurrexiſſe nunciauit omnes monẽtur maxime quibus eſt commiſſum p̃dicandi officium· ut ſi quid ei celitus reuelatum fuerit· ſtudioſe proximis propinent·

Cũ ergo ſero eſſet die illa vna ſabbatorum· et fores eſſent clauſe· vbi erant diſcipuli cõgregati propter metũ iudeorum venit jheſus et ſtetit in medio diſcipulorum Et dicit eis· Pax vobis et cum hoc dixiſſet· oſtendit eis manus et latus Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo domino Dixit ergo eis iterum Pax vobis Sicut miſit me pater· et ego mitto vos· Hec cum dixiſſet· inſuflauit et dixit eis· Accipite ſpiritum ſanctũ Quorũ remiſeritis peccata remittuntur eis et quorum retinueritiſ retenta ſunt Thomaſ autem vnus ex duodecim qui dicit̃ didimus non erat cum eis quando venit jheſus Dixerũt ei alij diſcipuli Vidimus dominum· Ille autez dixit eis· Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum· et mittam digitum meuȝ in locum clauorum· et mittaȝ manum in lat9 eius· non credam

Chriſoſtomus Audientes diſcipuli ꝙ maria annunciãuit· conſequens erat· ut aut diſcrederent· aut credentes dolerent· quoniam eos non reputauit dignos ſua viſione hoc igitur recogitantes· neqȝ ꝑ vnaȝ diem dimiſit pertrãſire· ſed ex eo ꝙ ſciebant iam ſuſcitatũ eſſe· videre ſicientibus et timidis exiſtentibus cum ſero factum eſſet· ipſis aſtitit· vnde dicitur· Cum ergo ſero eſſȝ die illa vna ſabbatorũ et fores eſſent clauſe· vbi erant diſcipuli congregati propter metum iudeorum· Beda In hoc infirmitas apoſtolorum monſtratur· qui foribus clauſis intus cõgregati reſiderent propter timorem iudeorum· quorum metu fuerant prius diſp̃ſi· Venit jheſus et ſtetit ĩ medio· Ideo autem ſero apparuit· quia conſequens erat tunc maxime eos timidos eſſe· Theophilus· Vel quia preſtolabat̃· ut omnes conuenirent· Hoſtijs vero clauſis ut oſtendat· quia eodem modo reſurrexit adiacente lapide ſuper monumentum· Auguſtinus· in ſermone paſch· Non nulli autẽ de hac re ita mouentur· ut pene periclitentur afferentes contra miracula diuina· preiudicia raciocinacionũ ſuarum· Sic enim diſputant· Si corpus erat· ſi ꝺ ſurrexit d̓ ſepulchro quod pepẽdit in ligno· Quo modo per hoſtia clauſa intrare potuit· Si compꝛehendis modum· non eſt miraculum· vbi deficit racio· ibi eſt fidei edificacio· Auguſtinus· ſuper johannem· Moli quidem corporis vbi diuinitas erat· hoſtia clauſa non obſtiterunt· Ille quippe nõ eis apertis intrare potuit quo naſcente virginitãs matris inuiolata permanſit Chriſoſtom9 Sed mirabile eſt qualiter phantaſma eum non eſtimarunt· ſed hoc fuit· quia mulier preueniens in eis multam fidem operata eſt· Sed et ipſe per viſum manifeſtum ſe eis oſtendit· et voce eorũ fluctuantem mentem firmauit· Et dixit eis· Pax vobis id eſt ne tumultuemini· In quo eciam commemorat verbum· quod ante crucem dixerat· Pacem meam do vobis· et rurſus in me pacem habebitis·

Gregorius· Et quia ad illud corpus quod videri poterat· fides intuencium dubitabat· oſtendit eis protinus manus et latus· Vnd̓ ſequitur· Et cũ hoc dixiſſet oſtendit eis manus et latus· Claui enĩ

manus fixerant. Lancea latus aperuerat. Ibi ad du
bitancium corda ſananda. vulnerum ſunt ſeruata
veſtigia. Chriſoſtomus. Et quia ante crucē
eis dixerat. Iterum videbo vos et gaudebit cor ve
ſtrum. Vnde ſequitur. Gauiſi ſūt diſcipuli viſo do
mino. Auguſtinus. xxij. de ciuitate dei. Clari
tas qua iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris
ſui. in xp̄i corpore cum reſurrexit. ab oculiſ diſcipu
lorum pocius abſcondita fuiſſe q̄ defuiſſe creden
da eſt. Non enim eam ferre humanus atq; infirm9
aſpectus. quantō ille a ſuis ita deberet attendi ut
poſſet agnoſci. Chriſoſtomus. Vniuerſa au
tem hec eos ad fidem certiſſimā inducebant. quia
vero prelium inexpugnabile habebant ad iudeos
rurſus eis pacem annunciat. Vnde ſequitur. Dixit
eis ergo iterum. Pax vobis. Beda. Iteracio
confirmacio eſt. ſiue ideo repetit. quia gemina eſt
virtus caritatis vel quia ipſe eſt qui fecit vtraq;
vnum. Chriſoſtomus. Simul quoq; demon
ſtrat crucis efficaciam. per quam ſoluit omnia tri
ſtia et contulit om̄ia bona. Et hoc eſt pax. mulieri
bus autem ſupra annunciatum eſt gaudium. quia
in triſticijs illud genus erat. et hanc ſuſcepit male
dictionem dicente domino in dolore paries. Quia
ergo vniuerſa prohibencia ſunt deſtructa. et dire
cta ſunt om̄ia de reliquo ſubdit. Sicut miſit me pa
ter. et ego mitto vos. Gregorius. Pater qui
dem filium miſit. qui hunc pro redempcione gene
ris humani incarnari conſtituit. Itaq; dicitur. Si
cut miſit me pater et ego mitto voſ. id ē ea caritate
vos diligo. cum inter ſcandalum perſecutorū mit
to. qua me caritate pater diligit. quem venire ad
tolerandas paſſiones fecit. Auguſtinus. Eq̄
lem autem patri filium nouimus. ſed hic verba me
diatoris agnoſcimus. Medium quippe ſe oſtendit
dicendo. Ille me et ego vos. Chriſoſtomus.
Sic igitur eleuauit eorum animum et ab his que
facta ſunt. et a dignitate mittentis. et non adhuc
deprecacio ad patrem fit. Sed ſua autoritate dat
eis virtutem. Vnde ſequitur. Hec cum dixiſſet. in
ſufflauit. et dixit eis. Accipite ſpiritumſanctum.

Auguſtinus. nono de trinitate. Flatus ergo
ille corporeus ſubſtancia ſpiritusſancti non fuit. ſꝫ
demonſtracio per congruam ſignificacionem non
tantum a patre. ſed eciam a filio procedere ſpiri
tumſanctum. Quis enim dementiſſimus diceret ali
um fuiſſe ſpiritum quem ſufflans dedit. Et alium
quem poſt aſcenſionem ſuam miſit. Gregoriuſ
Cur autem prius in terra diſcipuliſ datur. poſtmo
dum de celo mittitur. niſi q2 duo ſunt precepta ca
ritatis. Dilectio videlicet dei et dilectio proximi.
In terra datur ſpiritus. Vt diligatur proximus.
Ex celo datur ſpiritus. ut diligatur deuſ. Sicut er
go vna eſt caritas et duo precepta. ita vnus ē ſpi
ritus et duo data. prius a conſiſtente domīo inter
ra. poſtmodum datur ex celo. quia proximi amore
diſcitur qualiter perueniri debeat ad amorem dei.

Chriſoſtomus. Quidam autem dicunt quoni
am non ſpiritum dedit. ſed aptos eos ad ſuſcepcio
nem ſpiritus per inſufflacionem conſtruxit. Si enī
angelum videns daniel. exceſſum mentis paſſus ē.
quid ineffabilem illam graciam ſuſcipientes paſſi
eſſent. niſi diſcipulos ſuos primitus inſtruxiſſet.
Nequaq̄ autem quis peccabit dicens. tūc ſuſcepiſ
ſe eos quandam poteſtatem ſpiritualis gracie. nō
ut mortuos ſuſcitent. et miracula faciant. ſed ut di
mittant peccata. Vnde ſequitur. Quorum remiſe
ritis peccata remittuntur eis. et quorum retinue
ritis. retenta ſunt eis. Auguſtinus. Eccleſie
caritas que per ſpiritumſanctum diffundit̄ in cor
dibus noſtris participum ſuorum peccata dimit
tit. Eorum autem qui non ſunt eius participes. te
net. Ideo poſtq̄ dixit. Accipite ſpiritumſanctum.
continuo de peccatorum remiſſione et retencione
ſubiecit. Gregorius. Sciendū vero eſt q2 hij
qui prius ſpiritumſanctum habuerunt. ut et ipſi in
nocentes viuerent. et in predicacione quibuſdam
prodeſſent. Idcirco hunc poſt reſurrectionem do
mini patenter acceperunt. ut prodeſſe nō paucis
ſed pluribus poſſent. Libet ergo intueri. illi diſci
puli ad tanta onera humilitatis vocati ad quantū
culmen glorie ſint producti. Ecce non ſolum de ſe
ipſis ſecuri ſiunt. ſed eciam principatū ſuperni iu
dicij ſorciuntur. ut vice dei quibuſdam peccata re
tineant. quibuſdam vero relaxent. Horum nunc in
eccleſia epiſcopi locum tenent. et ſoluendi ac ligā
di poteſtatem ſuſcipiunt. qui gradum regiminiſ ſor
ciuntur. Grandis honor. ſed graue pondus iſtius
eſt honoris. Durū quippe eſt ut qui neſcit tenere
moderamina vite ſue. iudex fiat vite aliene.

Chriſoſtomus. Sacerdos enim et ſi propriam
bene diſpenſauerit vitam. aliorum vero non cū di
ligencia curam habuerit. cum perniciosis in gehen
nam vadit. Scientes igitur periculi magnitudinē
multam tribuite eis deuocionem. et eciam ſi nō val
de nobiles fuerint. Non autem iuſtum eſt. ab his q̄
in principatu ſubijciuntur. iudicari. et ſi vita eorū
fuerit valde detractabilis. in nullo lederis in his
que ſunt ei commiſſa a deo. Non enim ſacerdos. ſed
neq; angelus aut archangeluſ operari aliquid po
teſt in his que ſunt data a deo. Sed pater et fili9
et ſpiritusſanctus omnia diſpenſant. Sacerdos au
tem ſuam linguam et manum tribuit. Non enim iu
ſtum eſſet ut propter alterius maliciam. circa ſym
bola noſtre ſalutis ledi eos. qui ad fidem veniunt
Omnibus autem diſcipulis congregatis ſolus tho
mas deficiebat. a diſperſione que iam facta erat.
Vnde dicitur. Thomas autem vnus ex duodecim.
qui dicitur didimus. non erat cum eis quādo venit
ihesus. Alchuinus. Didimus grece latine ge
minus. propter dubium cor in credendo. thomas.
abiſſus quia altitudinem diuinitatis circa fidē pe
netrauit. Gregorius. Non autem caſu geſtū
eſt ut electus ille diſcipulus tunc deeſſet. Egit nā
q; miro modo ſuperna clemencia ut diſcipulus du
bitans. dū in magiſtro ſuo vulnera palparet car
nis. in nobis vulnera ſanaret infidelitatis. Plus ei
nobis infidelitas thome ad fidem. q̄ fides creden
cium diſcipulorum profuit. quia dum ille ad fidē
palpando reducitur. noſtra mens omni dubitacio
ne poſtpoſita in fide ſolidatur. Beda. Queri
autem poteſt quare hic euangeliſta tunc thomam
defuiſſe dicat. cū lucas ſcribat q2 duo diſcipuli eū
tes in Emaus reuerſi in hieruſalem inuenerunt. xi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

congregatos· ſed datur intelligi quoddam fuiſſe
interuallum ꝙ ad horam thomas egreſſus ſit· et
iheſus veniens in medio eorum ſtetit· Chri-
ſoſtomus· Sicut autem ſimpliciter et qualitercū
qꝫ credere facilitatis eſt· ita multa inueſtigare eſt
groſſiſſime mentis· et propter hoc thomas accuſa
tur· Apoſtolis enim dicentibus· quoniam vidimꝰ
dominum· non credidit· non tantum illis diſcredēſ
quantum rem putans impoſſibilem eſſe· Vnde ſe-
quitur· dixerunt ergo ei alij diſcipuli· vidimus do
minum· Ille autem dixit eis· Niſi videro in mani-
bus eius fixuram clauorum· ⁊ mittam digitum me
um in locum clauorum et mittam manum meam· in
latus eius non credam· Alij s enim groſſior exiſtēs
eam que eſt per ſenſum groſſiſſimum ſcilicet tactū
querebat fidem· et neqꝫ oculis credebat· Vnde nō
ſuffecit ei dicere niſi videro· ſed addidit· ⁊ miſero
digitum et cetera·

Et poſt dies octo ite-
rum erant diſcipuli ei
us intus· ⁊ thomas cū
eis· venit iheſus ianuiſ
clauſis et ſtetit in me-
dio et dixit· Pax vobꝭ
deinde dicit thome in
fer digitum tuuꝫ huc
et vide manus meas·
et affer manum tuam
et mitte in latus meuꝫ
et noli eſſe incredulus
ſed fidelis reſpondit
thomas et dixit ei· do
minus meꝰ et deus me
us· dixit ei iheſus· quia
vidiſti me· credidiſti·
Beati qui non viderūt·
et crediderunt· Mul-
ta quidem ⁊ alia ſigna
fecit iheſus in conſpe-
ctu diſcipulorūꝫ ſuorꝫ
que nō ſunt ſcripta in
libro hoc· Hec autem
ſcripta ſunt· ut creda-
tis· quia iheſus eſt xp̄ſ
filius dei· et ut creden
tes vitam habeatis in
nomine eius·

Chriſoſtomus
Conſidera domina-
toris clemenciam· q̄
liter et pro vna ani
ma oſtendit ſeip ſuꝫ
vulnera habentem
et accedit· ut ſaluet
vnum· et inuicem
diſcipuli annuncian
teſ digni erant fide
et ipſe promittens·
Sed tamen quia ſo-
luſ thomaſ queſiuit
neqꝫ hoc eum priua
uit xp̄us· Non auteꝫ
ſtatim ei apparet· ſꝫ
poſt dies octo· ut i
medio a diſcipulis
admonitus accenda
tur ad maius deſide
rium et fidelior fie-
ret in futurum· Vn
de dicitur et poſt di
es octo iterum erāt
diſcipuli eius intus
et thomas cum eis·
venit iheſus ianuis
clauſis· et ſtetit in
medio· et dixit· pax
vobis· Augu-
ſtinus· in ſermone
paſch· Queris a me
et dicis· ſi per ho-
ſtia clauſa intrauit
vbi eſt corporiſ mo
dus· et ego reſpon
deo· ſi ſuper mare ā
bulauit· vbi eſt cor
poris pondus· ſed
fecit illud dominus·
tanꝙ dominus nun-
quid igitur reſurre
xit deſtitit eſſe dominus· Chriſoſtomus· aſtat
itaqꝫ iheſus et non expectat a thoma interrogari
ſed ut oſtendat quoniam cuꝫ loquebatur ad cōdi

ſcipulos aderat· eiſdem verbis vſus eſt· et primo
quidem increpat· vel improperat· Vnde ſequitur
Deinde dicit thome· infer digitum tuuꝫ huc· et vi
de manus meas· et affer manum tuam· et mitte in
latus meum· Secundo autem erudit dicens· Et no-
li eſſe incredulus· ſed fidelis· Vide quoniaꝫ infide
litatis erat ambiguitas· anteꝙ ſpiritumſanctum
acciperet· poſtea autem non· ſed firmi erant de re
liquo· Dignum autem eſt querere qualiter cor-
pus incorruptibile tipos habebat clauorum· ſed
ne tumultueris· condeſcenſionis· enim erat ut di-
ſcerent· quoniam ipſe erat· qui crucifixus fuerat·
Auguſtinus· de ſymbolo· Poſſet autem ſi vel
let de corpore ſuſcitato et clarificato omnem macu
lam cuiuſlibet cicatricis abſtergere ſed ſciebat q̄re
cicatrices in ſuo corpore reſeruaret· Sicut enim
demonſtrauit thome non credenti niſi tangeret ⁊
videret· ita eciam inimicis ſuis vulnera demōſtra
turus eſt ſua· non ꝙ eis dicat ſicut thome· quia vi-
diſti et credidiſti· ſed ut conuincēs eos veritas di
cat· Ecce hominem quem crucifixiſtis· videtis vul
nera que infixiſtis· agnoſcitis latus quod pupu-
giſtis· quoniam per vos et propter vos apertuꝫ
eſt· nec tamen intrare voluiſtis· Auguſtinus
xxij· de ciuitate dei· Neſcio autem quomodo eciam
ſic afficimur amore martirum beatorūꝫ· ut velimꝰ
in illo regno in eorum corporibus videre vulne-
rum cicatrices que pro xp̄i nomine pertulerunt·
Et fortaſſe videbimus· Non enim deformitas in
eis· ſed dignitas erit· et quedam q̄uis in corpore
non corporis ſed virtutis pulchritudo fulgebit·
Nec ideo tamen ſi aliqua martiribus amputata et
ablata ſunt membra· ſine ipſis membris in reſurre
ctione erunt mortuorum· quibus dictuꝫ eſt· Capil
lus capitis veſtri non peribit· Sed ſi hoc decebit
in illo nouo ſeculo· ut indicia glorioſorum vulnerꝫ
in illa immortali carne cernantur· vbi membra ut
preciderentur percuſſa vel ſecta ſūt ibi cicatrices
ſed tamen eiſdem membris redditis non ꝑditis ap
parebunt· Quamuis igitur omnia que acciderant
corpori vicia tunc non erunt· non ſunt tamen ap-
pellanda vicia virtutis indicia· Gregorius· in
omelia· palpandam autem carnē dominus prebuit
quam clauſis ianuis introduxit· qua in reduo mira
et iuxta humanam racionem valde ſibi contraria
oſtendit· dum poſt reſurrectionem corpuſ ſuum ⁊
incorruptibile, et tamen palpabile demonſtrauit·
Nam et corrumpi neceſſe eſt quod palpaꝰ· ⁊ pal-
pari non poteſt· quod non corrumpiꝰ· et incorup-
tibilem ſe ergo et palpabilem demonſtrauit ut ꝑ
fecto poſt reſurrectionem eſſe oſtenderet· corpus
ſuum et eiuſdem nature, et alterius glorie·
Gregorius· xiiij· moralium· Corpus eciā noſtrū
in illa reſurrectionis gloria· erit quidem ſubtile ꝑ
effectum ſpiritaliſ potencie· ſed palpabile per ve
ritatem nature· Non autē ſicut euticius ſcripſit in
palpabile et ventis aereqꝫ ſubtilius· Augu-
ſtinus· Videbat autem thomas tangebatqꝫ homi
nem· et confitebatur deum· quem non videbat· ne
qꝫ tangebat· Sed per hoc quod videbat atqꝫ tan
gebat· illud iam remota dubitacōne credebat· Vn
ſequitur· Reſpondit thomas· et dixit ei· Dominus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

meus et deus meus· Theophilus·Qui prius
infidelis fuerat·poſt lateris tactum· optimum ſe
theologum oſtendit· Nam duplicem naturam vni=
camqꝫ hypoſtaſim xp̄i ediſſeruit·dicendo enim do
minus meus humanam naturam·dicendo vero de=
us meus·diuinam confeſſus eſt· et vnū et eundem
deum et dominum· Sequitur·dicit ei jheſus· quia
vidiſti me credidiſti· Auguſtinus·Non ait·te
tigiſti me·ſed vidiſti me·quoniam generalis quo
dammodo eſt ſenſus viſus·nam et per quatuor ali
os ſenſus nominari ſolet velut cum dicimus·audi
et vide ꝙ bene ſonet· olfac et vide ꝙ bene oleat·
guſta·et vide ꝙ bene ſapiat tange et vide ꝙ bene
caleat·Vnde et hic dominus dicit· infer digitum
tuum huc et vide manus meas·Quid aliud ait quā
tange et vide·nec tamen ille oculos habebat in di
gito·Ergo ſiue intuendo ſiue eciam tangendo hoc
ait·quia vidiſti me·credidiſti·quamuis dici poſſit
non auſum fuiſſe diſcipulum tangere cum ſe offer=
ret ille tangendum· Gregorius Sed cum apo
ſtolus dicat fides eſt ſubſtancia ſperandaruꝫ rerū
argumentum non apparenciuꝫ·profecto liquet qꝛ
que apparent·iam fidem non habent· ſed agnicio=
nem·dum ergo vidit thomas· cum palpauit cur ei
dicitur quia vidiſti me·credidiſti·ſed aliud vidit·
aliud credidit·hominem vidit·⁊ deum confeſſus ē
Letificat autem valde quod ſequitur· Beati qui ñ
viderunt·et crediderunt· In qua ſentencia nos
ſpecialiter ſignificati ſumus· qui eum quem carne
non vidimus·mente retinemus· Si tamen fidē no
ſtram operibus ſequimur· Ille enim vere credit·
qui exercet operando quod credit· Auguſti
nus·Preteriti autem temporis vſus eſt verbis·tā
quam ille qui id quod erat futuruꝫ in ſua nouerat
predeſtinacione iam factum· Chriſoſtomus·
Cum ergo aliquis nunc dixerit· vtinam in tempo=
ribus illis fuiſſem·et vidiſſem xp̄m miracula faci=
entem·excogitet· Beati qui non viderunt·et cre=
diderunt· Theophilus·Exprimit autem et
hinc diſcipulos qui nec plagas clauoruꝫ nec latus
palpantes crediderunt· Chriſoſtomꝰ·Quia
vero johannes pauciora alijs euangeliſtis dixe=
rat ſubiungit·multa quidem et alia ſigna fecit jhe
ſus in conſpectu diſcipulorum ſuorū que non ſunt
ſcripta in libro hoc ſed nec alij omnia dixerunt ſed
que erant ſufficiencia attrahere ad fidem audien=
tes·Mihi autem videtur hic dicere ea que poſt re
ſurrectionem ſunt ſigna·et ideo dicit in conſpectu
diſcipulorum·cum quibus ſolis poſt reſurrectio=
nem conuerſatus eſt·deinde ut diſcas quoniam ñ
ſolum diſcipulorum gracia ſigna fiebant· induxit
Hec autem ſcripta ſunt·ut credatis· quia jheſus ē
xp̄us filius dei·communiter ad humanam naturaꝫ
loquens·et ut oſtendat·quoniam non illi qui cre
ditur·ſed nobiſipſis vtile eſt credere· ſubdit·Et
ut credentes vitam habeatis in nomine eius·id eſt
per ipſum·ipſe autem eſt vita·

## CAPITVLVM· ·XXI·

Poſtea ma=
nifeſtauit
ſe iheſus ite
rum ad ma
re tiberiadis·Manife
ſtauit autem ſic·Erāt
ſimul petrus ⁊ thomas
qui dicitur didimus ⁊
nathanael qui erat a
chana galilee·et filij
zebedei et alij ex diſci=
pulis eius duo·Dicit
eis ſymon petrus·Va=
do piſcari·Dicunt ei·
Venimus et nos tecuꝫ
Et exierunt et aſcen=
derunt in nauim·et il=
la nocte nichil prendi
derunt· Mane autem
facto ſtetit jheſus in li
tore·Non tamen cog
nouerunt diſcipuli qꝛ
jheſus eſt·Dicit ergo
eis iheſus·Pueri·nun
quid pulmentariuꝫ ha
betis·Reſponderunt
ei·non dixit eis·Mitti
te in dexteraꝫ nauigij
rethe ⁊ inuenietis·Mi
ſerunt ergo et iam nō
valebant illud trahe
re pre multitudine pi
ſcium·Dicit ergo di
ſcipulus ille quem dili
gebat iheſus petro·
Dominus eſt·Symon
petrus cum audiſſet·
quia dominus eſt·tuni
ca ſuccinxit ſe erat enī
nudus et miſit ſe in ma
re·Alij diſcipuli naui
gio venerunt·Non enī
longe erat a terra·ſed
quaſi cubitis ducentis
trahentes rethe piſci
um·Vt ergo deſcende
runt in terraꝫ viderūt

Auguſtinus·
Quod imediate euā
geliſta premiſerat
veluti huius libri in
dicat finem·ſed nar
ratur hꝫ deinde quē
admodum ſe mani=
feſtauerit dominus
ad mare tiberiadis·
Vnde dicitur·Po=
ſtea manifeſtauit ſe
jheſus iteruꝫ ad ma
re tiberiadis·
Chriſoſtomus·
Dicit autem poſtea
quia non continue
cum eis ambulabat
ut antea·Dicit eciaꝫ
manifeſtauit ſe·qꝛ
non videretur niſi
condeſcenderet·qꝛ
incorruptibile erat
corpus·Loci autem
meminit oſtendens
quoniam plurimum
timoris eis dominus
abſtulerat·ut de re
liquo ipſi longe a
domo procedant ñ
vltra in domo con=
cluſi·ſed in galileaꝫ
ierant·periculū de=
clinantes iudaicum
Bed·More au
tem ſolito euangeli
ſta prius retulit cau
ſam·deinde quēad=
modum res geſta ſit
enarrat·Vnde ſequi
tur·Manifeſtauit
auteꝫ ſic· Chri
ſoſtomus·Quia ve
ro neqꝫ dominus cū
eis continue erat·
neqꝫ ſpiritus datus
erat·neqꝫ aliquid
tunc erat eis com=
miſſum neqꝫ aliquit
habebant agere·ar
tem piſcatoriaꝫ tra
ctabant·Vnde ſequi
tur·Manifeſtauit
autem ſic·Erant ſi=
mul ſymon petrus
et thomas qui dicitē
didimus·et natha=
nael qui erat a cha=
na galilee qui ſcili=
cet vocatꝰ eſt a phi
lippo·et filij zebedei
ſcilicet jacobus et
johannes et alij ex

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

prunas poſitas et pi
ſcem ſuperpoſitum et
panem· Dicit eis ihesꝰ
afferte de piſcibꝰ quos
prendidiſtis nunc· Aſ
cendit ſymonpetrus ⁊
traxit rethe in terram
plenum magnis piſci
bus centum quinqua
ginta tribus· Et cum
tanti eſſent non eſt ſciſ
ſum rethe·

diſcipulis eius duo
dicit eis ſymonpe-
trus· Vado piſcari·
Gregorius in
omelia· Queri po-
teſt cur petrus qui
piſcator ante con-
uerſionez fuit· poſt
conuerſionem ad pi
ſcacionem rediit cũ
veritas dicat· Ne-
mo mittens manum
ad aratrum et reſpi
ciens retro· aptus
eſt regno dei·
Auguſtinus· Nõ
ſi feciſſent diſcipu-
li defuncto jheſu· priuſq; reſurrexiſſet a mortuis·
putaremus eos illa que animos eorum occupaue-
rat deſperacione feciſſe· Nunc vero poſt eum ſibi d
ſepulchro redditum viuum poſt inſpecta vulnerũ
loca· poſt acceptum eius in ſufflacione ſpiritũſan-
ctum ſubito fiunt ſicut fuerant non hominũ· ſed pi
ſcium piſcatores· Reſpondendum eſt ergo non e-
os fuiſſe prohibitos ex arte ſua licita victum ne-
ceſſarium querere· ſui apoſtolatus integritate ſer
uata· ſi quãdo vnde viuerent· aliud non haberent·
Si enim beatus paulus ea poteſtate quam profe
cto cum ceteris euangelij predicatoribus habe-
bat· non cũ ceteris vteretur ſed ſtipendio ſuo mili
taret· ne gentes a nomine xp̄i poſitas alienas· do-
ctrina eius quaſi venalis offenderet aliter educa-
tus artem quam non nouerat· didicit· ut dum ſuis
manibus tranſigitur doctor· nullus grauaretꝰ au
ditor· q̃to magis beatus petrus qui iam piſcator
fuerat· quod nouerat fecit· ſi ad preſens illud tem-
pus· aliud vnde viueret· non inuenit· Sed reſpon
debit quiſpiam· Et cur non inuenit cum dominus ꝓ
miſerit dicens· Querite primum regnum dei et iu-
ſticiam eius et hec omnia apponentur vobis· Pror
ſus eciam dominus quod promiſit· impleuit· Nam
quis alius piſces qui caperentur· appoſuit· qui nõ
ob aliud credendus eſt eis ingeſſiſſe penuriam
qua cogerentur ire piſcatum niſi diſpoſitum vo-
lens exhibere miraculum· Gregorius in ome
lia· Negocium ergo quod ante conuerſionem ſine
peccato extitit hoc eciam poſt conuerſionem repe
tere culpa non fuit· Vnde poſt conuerſionem ſuam
ad piſcacionez petrus rediit· Mathꝰ vero ad the
olonij negocium non reſedit· Sunt enim pleraq;
negocia que ſine peccatis exhiberi aut vix aut nul
latenus poſſunt· Que ergo ad peccatum implicãt·
ad hec neceſſe eſt ut poſt conuerſionem animus nõ
recurrat· Chriſoſtomus· Alij autem diſcipu
li ſequebantur petrum· Vnde dicitur· Dicunt ei ve
nimus et nos tecum· Colligati enim de reliquo ſi-
bimuicem erant Simul volebant piſcacionem vi-
dere· Sequitur· Et exierunt et aſcenderunt in na-
uim· In nocte autem piſcabantur quia adhuc for
midoloſi erant· Gregorius· Facta eſt autez di
ſcipulis piſcacionis magna difficultas ut venien-
te magiſtro· fieret admiracionis magna ſublimi-
tas· Vnde ſequitur· Et illa nocte nihil prendide-
runt· Chriſoſtomus· Laborantibus autem et
afflictis diſcipulis aſſiſtit jheſus· Vnde ſequitur·
Mane autem facto ſtetit jheſus in littore· non tam̃
cognouerunt diſcipuli quia jheſus eſt· Non enim ſe
ipſum mox eis oſtendit· ſed voluit et allocucionez
cum eis inire· Et primo loquitur eis humanius· Nã
ſequitur· Dicit eis jheſus· pueri nunquid pulmen-
tarium habetis· Hoc autez dicit quaſi ab eis aliq̃d
emere vellet· Vt autem timuerunt· eis ſignum oſtẽ
dit per quod cognoſcerent· Sequitur enim dixit
eis· Mittite in dexteram nauigij rethe et inuenietiſ
Multa autem conſequenter facta ſunt· quorum p̄-
mum eſt· multos piſces eſſe comprehenſos· Vnde
ſequitur· Miſerunt ergo rethe et iam non valebãt
illud trahere pre multitudine piſcium· Sed in xp̄i
cognicione petrus et johannes· ſuos propꝛios mo-
dos oſtenderunt· Johannes enim pſpicacior erat
et ideo primo cognouit xp̄m· Vnde ſequitur· Di-
cit ergo diſcipulus ille quem diligebat jheſus pe
tro· dominus eſt· Beda· Hoc indicio· ſicut ſe-
pe ita et hic ſuam demonſtrat perſonam· Cogno-
uit autem primus dominum ſiue miraculo piſcacio
nis· ſiue ſono precognite vocis ſiue prime reminiſ-
ſcens piſcacionis· Chriſoſtomus· Petrus au
tem feruencior erat et ideo prompcius venit ad
xp̄m· Sequitur enim· Symonpetrus cum audiſſet
quia dominus eſt tunica ſuccinxit ſe· erat enim nu-
dus· Beda· dicitur petrus nudus fuiſſe ad cõ
paracionem ceterorum veſtimentorum quibuſ vti
ſolebat· ſicut ſolemus dicere cum aliquem ſimplici
veſtimento videmus indutum· quare nudus ince-
dis· Siue poteſt intelligi q̃ more piſcatorum ſtu-
dio piſcandi nudus inceſſerit· Theophilus·
Quod vero ſe precinxit petrus pudoris eſt ſignũ
precinxit autem ſe lineo amictu quem fenices et ti
rij piſcatores circumuoluunt ſibi cum nudi ſint· ſi
ue eciam ceteris indumentis apponunt· Beda
Eodem autem ardore quo et multa alia fecerat· ve
nit ad jheſum· Vnde ſequitur· Et miſit ſe in mare·
alij autem diſcipuli nauigio venerunt· Non tamen
intelligendum eſt petrum ſuper fluctus veniſſe· ſʒ
aut natando aut pedibus proprijs· quia erant pro
pe terram· Sequitur enim· Non longe enim erant
a terra· ſed quaſi cubitis ducentis· Gloſa· In
terpoſicio eſt· Sequitur enim trahentes rethe pi
ſcium· ut ſit ordo littere· Alij diſcipuli nauigio ve
nerunt trahentes rethe piſcium· Non longe enim ⁊c̃
Chriſoſtomus· Deinde aliud ſignum ponitur
cum ſubditur· Vt ergo deſcenderunt in terram·
viderunt prunas poſitas et piſcem ſuperpoſitum
et panez· nõ enim adhuc ex materia ſuppoſita ope
ratur· ſed ad id q̃d eſt mirabili ꝯducit· ſigna oſten
dens· quoniam et ex ſubiecta materia ante crucem
miracula faciebat propter quandam diſpenſacio
nem· Auguſtinus· Non autem hic intelligendũ
eſt panem fuiſſe prunis ſuperpoſitum ſed quaſi di
ceret· viderunt prunas poſitas et piſcez ſuppoſitũ
prunis· et viderunt panem· Chriſoſtomus·
Vt autez oſtenderet et non eſſe phantaſma quod fa
ctũ eſt· iubet ex piſcibꝰ ab eis captis afferri· Seq̃r
enim· Dicit ei jheſus· Afferte ex piſcibus quos

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

prendidiſtis nunc· Deinde et aliud ſignum fuit· q̄
ex multitudine piſcium rethe non eſt ſciſſum· Vnd̄
ſequitur· Aſcendit ſymonpetrus· et traxit rethe ad
terram· plenum magnis piſcibus centū quinqua
ginta tribus· Et cum tanti eſſent non eſt ſciſſum re
the· Auguſtinus· Miſtice autem in captura
piſcium commendauit eccleſie ſacramentum qual'
futura eſt in vltima reſurrectione mortuorum· Et
ad hoc commendandum valet q̄ tanq̄ finis eſt int̄
poſitus libri· q̄ eſſet eciam ſecuture narracōnis q̄
ſi prohemium· Quod autem ſeptem diſcipuli fuer̄t
in illa piſcacione· ſuo ſeptenario numero finē ſig
nificat temporis· Vniuerſum quippe ſeptem dieb⁹
voluitur tempus· Theophilus· Cum autem
nox erat· ante ſolis xp̄i preſenciā· prophete nihil
ceperunt· quia et ſi vnam nacionem iſrahel corri
gere conarentur· illa tamē frequenter in ydolatri
am labebatur· Gregorius· in omelia· Queri au
tem poteſt cur diſcipulis in mare laborātibus· p⁹
reſurrectionem ſuam· coram diſcipulis in fluctibus
maris ambulauit· Sed mare preſens ſeculum ſig=
nificat ſe quod cauſarū tumultibus et vndis vite
corruptibilis illidit per ſoliditatem autem litto=
ris perpetuitas quietis eterne figurat'· Quia igi=
tur diſcipuli adhuc fluctibus mortal' vite inerāt
in mari laborabant· Quia autem redemptor noſter
iam corrupcionem carnis excelſerat· poſt reſurre
ctionem ſuam in littore ſtabat· Auguſtinus·
Littus eciam finis eſt maris· et ideo finem ſignifi
cat ſeculi· Sicut enim in hoc loco qualiter in fine
ſeculi futura ſit· ita dominus alia piſcacione ſigni=
ficauit eccleſiam qualiter nunc ſit· Vnde ibi ihe ſus
non ſtabat in littore· ſed aſcendens in vnam nauim
que erat ſymonis· rogauit eū a terra reducere pu
ſillum· In alia piſcacōne non mittunt' recia in dex
teram ne ſolos ſignificent bonos· nec in ſiniſtram
ne ſolos malos ſed indifferent' laxate inquit recia
veſtra in capturam· ut permixtos intelligam⁹ bo
nos et malos· hic autem mittite inquit in dexterā
nauigij rethe· ut ſignificarē eos qui ſtabāt ad dex
teram ſolos bonos· Illud fecit in inicio predicaci
onis ſue· hoc poſt reſurrectionem ſuam· hinc oſtē
dens illam capturam piſcium bonos et malos ſig=
nificare quos nunc habet eccleſia· Iſtam vero tan
tummodo bonos quos habebit in eternum comple=
ta in fine huius ſeculi reſurrectione mortuorum·
Illi autem qui pertinent ad reſurrectionē vite· i·
eſt ad dexteram· et inter xp̄iani nominis recia de=
ſignantur· non niſi in littore id eſt in fine ſeculi cū
reſurrexerint· apparebunt· ideo non valuerunt ſic
trahere recia ut in nauem refunderent quos cepe=
rant piſces· ſicut de alijs factum eſt· Habet autem
iſtos dexteros eccleſia poſt finē vite huius in ſom
no pacis· velut in profundo latentes donec ad lit=
tus rethe perueniat· quod in prima piſcacione du
abus nauiculis hoc iſto loco ducentis cubitis tan=
tū centū et centū exiſtimo figuratū· ꝓpter vtriuſq̄
generis electos· et circumciſionis et prepucij·

Beda· Vel per ducentos cubitos gemina ca=
ritatis virtus exprimitur· per dilectionem enī dei
et proximi xp̄o propinquamus· Piſcis autem aſſus
eſt xp̄us paſſus· Ipſe latere dignatus eſt in aq̄s
generis humani· Capi voluit laqueo noſtre nectis
et qui nobis factus eſt piſcis humanitate· extitit
nobis panis nos reficiens ſua diuinitate· Gre
gorius· Petro autem ſancta eccleſia eſt commiſſa·
Ipſi ſpecialiter dicitur· Paſce oues meas· Quod
ergo poſtmodum aperitur in voce nunc ſignifica
tur in opere· Ipſe enim piſces ad ſoliditatem lit=
toris pertrahit· quia ſtabilitatem eterne patrie
fidelibus oſtendit· hoc egit verbis· hoc epiſtolis· h̄
agit quottidie miraculorum ſignis· ſed cum rethe
magnis piſcibus plenum dicitur· additur et quan
tis· Et hoc eſt quod ſubditur· Plenum magnis pi
ſcibus centum quinquaginta tribus· Augu=
ſtinus· In alia piſcacione numerus piſcium non ex=
primitur tanq̄ illud ibi fiat· quod predictum eſt
per prophetam· Annunciaui et locutus ſum· multi
plicati ſunt ſuper numerum· Hic vero certus eſt
numerus cuius reddenda eſt racio· Numerus enim
qui legem ſignificat decem eſt· propter decalogū
Cum autem accedit ad legem gracia id eſt ad lit=
teram ſpiritus· quodammodo denario numero ad
ditur ſeptenarius· ſeptenario quippe numero ſig=
nificatur ſpiritusſanctus ad quem ſignificacio ꝓ
prie pertinet· Primum enim in lege ſonuit ſancti
ficacio in die ſeptimo· Yſaias eciam propheta eum
commendat opere vel munere ſeptenario· Cū ita=
q̄ legis denario ſpiritusſanctus per ſeptenarium
numerum accedit fiunt decem vel ſeptem qui nu=
merus ab vno vſq̄ ad ſeipſum computatis omni=
bus creſcendo ad centum quinquaginta tres perue
nit· Gregorius· Ducamus eciam per trigonū
decem et ſeptem veniunt quinquaginta vnum·
In quinquageſimo autem anno cunctus populus
ab omni operacione quieſcebat· ſed vera requies
in vnitate eſt· vbi enim ſciſſura diuiſionis eſt· vera
requies non eſt· Auguſtinus· Non ergo tan
tummodo centum quinquaginta tres ſancti ad vi
tam reſurrecturi ſignificantur eternam· ſed omnes
ad graciam ſpiritus pertinentes hoc numero figu
rantur· Qui eciam numerus ter habet quinquage
narium numerum· et inſuper ipſa tria propter mi
ſterium trinitatis· Quinquagenarius autem mul
tiplicatis ſeptem per ſeptem et vnius adiectione
completur· Vnus autem additur· ut eos ſignificet
eſſe vnum· Non autem fruſtra dictum eſt· q̄ erant
magni· Cum enim dixiſſet dominus· nō veni ſolue
re legem· ſed implere· daturus ſpiritum vtiq̄ ꝑ
quem lex poſſet impleri· paucis verbis interpoſi
tis ait· Qui fecerit et docuerit magnus vocabitur
in regno celorum· In prima autem piſcacione re
the propter ſignificanda ſciſmata rumpebatur· h̄
vero quoniam in illa ſumma pace ſanctorum nul
la erunt ſciſmata pertinuit ad euangeliſtam conſe
quenter dicere· Et cum tanti eſſent id eſt tam ma=
gni non ē ſciſſum rethe· tanq̄ illud reſpiceret vbi
ſciſſum eſt· et in illius mali comparacione commen
daret hoc bonum· Auguſtinus·

Dicit eis ihesus· Veni=
te prandete et nemo
audebat diſcūbenciū

Peracta piſcacione
domin⁹ eos ad prā
dium vocat· Vnde
dicitur· Dicit eis ihe
ſus· Venite prādete

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

interrogare. Tu quis es. ſcientes quia dominus eſt. Et venit jheſus et accepit panem et dat eis et piſcem ſimiliter. Hoc iam tercio manifeſtatus eſt jheſus diſcipulis ſuis. cum reſurrexiſſet a mortuis.

Chriſoſtomus. Hic quidem non dicit quod commedit cum eis. ſed lucas hoc dicit. Hoc autem fiebat. non ut natura indigente cibis de reliquo ſed condeſcenſione ad demonſtracionem reſurrectionis facta. Auguſtinus. xiij. de ciuitate dei. Corpora autem iuſtorum que in reſurrectione futura ſunt. neque ligno vite indigebunt quo fiat ut nullo morbo vel ſenectute inueterata moriantur. neque vllis alijs corporalibus nutrimentis quibus eſuriendi atque ſiciendi qualiſcumque moleſtia deuitetur. quoniam certo et inuiolabili munere immortalitatis induentur. ut non niſi velint. poſſibilitate non neceſſitate veſcantur. non enim poteſtas. ſed egeſtas edendi et bibendi talibus corporibus auferetur. ſicut et ſaluator noſter poſt reſurrectionem iam quidem in ſpirituali carne. ſed tamen vera. cibum ac potum cum diſcipulis ſumpſit. non alimentorum indigencia. ſed ea qua et hoc poterat poteſtate. Sequitur. Et nemo audebat diſcumbencium interrogare eum tu quis es. quia dominus eſt. Ac ſi diceretur Auguſtinus ſuper johannem. Nemo audebat dubitare quod ipſe eſſet. Tanta enim erat euidencia veritatis ut eorum non ſolum negare. ſed nec dubitare quidem vllus auderet. quoniam ſi quiſquam dubitaret. vtique interrogaret. Chriſoſtomus. Vel hoc dicit. quia de reliquo non ſimiliter confidebant ei loqui ut prius. ſed cum ſilencio et reuerencia multa ſedebant. attendentes in eum et formam quidem alteratam videntes et multa admiracione plenam valde ſtupefacti volebant interrogare. Sed formido in hoc quod ſciebant. quod dominus eſt. detinebat interrogacionem. et ſolum commedebant que eis dabat cum priori poteſtate. Hic autem non reſpicit in celum. neque humana illa facit. oſtendens quoniam condeſcenſionis gracia fiebant. Unde ſubditur. Et venit jheſus et accepit panem et dat eis et piſcem ſimiliter. Auguſtinus. Miſtice autem piſcis aſſus xpus eſt paſſus. Ipſe eſt et panis qui de celo deſcendit. huic incorporatur eccleſia ad participandum beatitudinem ſempiternam. Propter hoc dictum eſt afferte de piſcibus quos prendidiſtis nunc. ut omnes qui hanc ſpem gerimus per illum ſeptenarium numerum diſcipulorum per quem poteſt in hoc loco noſtra vniuerſitas intelligi figurata tanto ſacramento nos communicare noſſemus. et eidem beatitudini ſociari. Gregorius. Per hoc eciam quod ſeptem diſcipulis vltimum conuiuium celebrat. eos tantummodo qui ſeptiformi gracia ſancti ſpiritus pleni ſunt futuros ſecum in eterna refectione denunciat. ſeptem quoque diebus omne hoc tempus euoluitur. et ſepe ſeptenario numero perfectio deſignatur. Illi ergo vltimo conuiuio de penitencia veritatis epulatur. qui nunc perfectionis ſtudio terrena tranſcendunt. Chriſoſtomus. Quia vero non continuo cum eis conuerſabatur. neque ſimiliter ut prius. ſubdit euangeliſta dicens. Hoc iam tercio manifeſtatus eſt jheſus diſcipulis ſuis. cum reſurrexiſſet a mortuis. Auguſtinus. Quod non ad ipſas demonſtraciones ſed ad dies referre debemus id eſt primo die cum reſurrexiſſet. et poſt dies octo quando thomas vidit. et credidit. et hoc die quando hoc de piſcibus fecit. et deinde quociens voluit. vſque ad diem quadrageſimum quo aſcendit in celum. Auguſtinus. de concordancia euangeliſtarum. Inuenimus autem apud quatuor euangeliſtas decies commemoratum dominum viſum eſſe poſt reſurrectionem. ſemel ad monumentum a mulieribus. iterum eiſdem regredientibus a monumento in itinere. Tercio petro. quarto duobus euntibus in caſtellum. quinto pluribus in jheruſalem. vbi non erat thomas. Sexto vbi vidit eum thomas. Septimo ad mare tiberiadis. Octauo omnibus vndecim in galilea. Nono ut dicit marcus nouiſſime recumbentibus. Decimo ipſo die aſcenſionis non iam in terra ſed eleuatum in nube.

Cum ergo prandiſſent dicit ſymoni petro jheſus. Symon johannis diligis me plus hijs. Dicit ei eciam domine tu ſcis. quia amo te. Dicit ei. Paſce agnos meos. Dicit ei iterum Symon johannis diligis me. Ait illi eciam domine. tu ſcis quia amo te dicit ei. paſce agnos meos. Dicit ei tercio ſymon iohannis amas me. Contriſtatus eſt petrus quia dixit ei tercio. amas me. Et dicit ei Domine tu omnia ſcis tu ſcis quia amo te. Dicit ei. paſce oues meas.

Theophilus Finito prandio. commiſſionem ouium mundi petro commendat. non alijs. Unde dicitur Cum ergo prandiſſent. dicit ſymoni petro jheſus ſymon johannis diligis me plus hijs. Auguſtinus. Sciens dominus interrogat. Sciebat enim dominus quod non ſolum eum diligeret. verum eciam quod plus omnibus eum diligeret petrus. Alcuinus. Dicitur autem ſymon johannis id eſt filius johannis carnalis patris. Miſtice autem ſymon obediens. johannes gracia merito hoc nomine vocatur id eſt obediens gracie dei. ut oſtendatur quod ardenciori eum caritate amplectitur non meriti humani. ſed diuini eſſe muneris. Auguſtinus. in ſermone paſca. Cum autem dominus moreretur. timuit et negauit. reſurgens autem dominus amorem inſeruit timorem fugauit. nam quando negauit mori timuit. reſurgente domino quid timeret in quo mortem mortuam reperiret. Unde ſequitur. Ait illi eciam domine tu ſcis. quia amo te. Confitenti autem amorem ſuum. oues ſuas commendauit. Unde ſequitur dicit ei paſce agnos meos. tamquam non eſſet. vbi oſtenderet petrus amorem ſuum in xpm niſi eſſet paſtor

fidelis ſub principe omnium paſtorum· Chri
ſoſtomus· Quod enim maxime omnium tribuit no=
bis eam que deſuper eſt beniuolenciam· eſt proxi=
morum procuracio· Preteriens autem dominus a=
lios petro de talibus loquitur· Eximius enim apo
ſtolorum erat petrus· et os diſcipulorum et ver=
tex collegij· Unde et negacione deleta· committit
ei prelacionem fratrum· Et negacionem quidem
ei non exprobrat ſed dicit· ſi diligis me· preſiſte fra=
tribus et feruentem amorem quem per omnia de=
monſtraſti nunc oſtende· et animam quam dixiſti te
eſſe poſiturum pro me· hanc da pro ouibus meis·
Sequitur· Dicit ei iterum· ſymon iohannis diligis
me· Ait illi· eciam domine· tu ſcis quia amo te·

Auguſtinus· Merito dicitur petro· diligis me
et reſpondet amo te· eique dicitur· Paſce agnos me
os· vbi eciam demonſtratur vnum atque idem eſſe a
morem et dilectionem· nam eciam dominus nouiſſi
me non ait· diligis me· ſed amas me· Sequitur enim
Dicit ei tercio· ſymon iohannis amas me Tercio vtrum
petrus eum diligat dominus interrogat· Reddi=
tur enim negacioni trina confeſſio· ne minus amo
ri lingua ſeruiat quam timori· et plus vocis elicuiſſe
videatur mors imminens quam vita preſens·

Chriſoſtomus· Tercio eciam interrogat et
tercio iniungit eadem· oſtendens quantum appre=
ciatur prelacionem propriarum ouium· et quoniam
hoc eſt maxime eius amoris ſignum Theophi
lus· Ex tunc eciam inoleuit conſuetudo ut ter confi
teantur qui veniunt ad baptiſmum· Chriſo=
ſtomus· Deinde tercio interrogatus conturbatus
eſt· Unde ſequitur· Contriſtatus eſt petrus quia
dixit ei tercio amas me· Rurſus formidans prio=
ra ne forte eſtimans ſe diligere ſi non diligat· cor
ripiatur· ſicut et prius correptus eſt· multum ſe
eſtimans fortem· Unde ad ipſum xpm reſurgit· Un
de ſequitur· Et dicit ei· Domine tu omnia ſcis id eſt
ineffabilia cordis preſencia et futura· Augu
ſtinus de verbis domini· Inde ergo contriſtatus eſt
quod ſepe interrogatus eſſet ab eo· qui ſciuerat quod
interrogabat· et donabat· quod audiebat· Vera
citer ergo reſpondit· et de intimo cordis protulit
amantis vocem dicens· Tu ſcis quia amo te·

Auguſtinus ſuper iohannem· Non autem ad
didit plus hijs· hoc enim reſpondit· quod de ſeip
ſo ſciebat non enim quantum ab alio quolibet dili=
geretur ſcire poterat· qui in cor alterius videre non
poterat· Sequitur enim· Dicit ei paſce oues meas
quaſi diceret ſit amoris officium paſcere dominicum
gregem· ſicut fuit timoris indicium negare paſto=
rem· Theophilus· Poteſt autem quis aſſig=
nare differenciam inter agnos et oues· Agni ſunt
qui introducuntur· Oues vero perfecti· Al=
chuinus· Paſcere autem oues eſt credentes in xpo
ne a fide deficiant confortare terrena ſubſidia ſi ne
ceſſe eſt· ſubditis prouidere· et exempla virtutum
cum verbo predicacionis impendere aduerſarijs
obſiſtere· errantes ſubditos corrigere· Au=
guſtinus· Qui hoc autem animo paſcunt oues xpi·
ut ſuas velint eſſe non xpi ſe conuincuntur amare
non xpm· vel gloriandi vel dominandi vel acqui=
rendi cupiditate· non obediendi et ſubueniendi et

deo placendi caritate· Non ergo nos· ſed ipſum a
memus· et in paſcendis ouibus eius ea que ſunt eius
non que noſtra ſunt· queramus· quiſquis enim ſe=
ipſum non deum amat non amat ſe· Qui enim non
poteſt viuere de ſe· moritur vtique amando ſe· Non
ergo ſe amat· qui ne viuat ſe amat· Cum vero ille
diligitur· de quo viuitur· non ſe diligendo magis
ſe diligit· ut eum diligat de quo viuit· Augu
ſtinus· In ſermone paſca· extiterunt autem quidam
ſerui infideles diuiſerunt gregem xpi· et furtis ſu
is peculia ſibi fecerunt et audis eos dicere· oues
mee ſunt ille· quid queris ad oues meas non te in=
ueniam ad oues meas ſi et nos dicamus meas· et il
li dicant ſuas perdidit xpus oues ſuas·

Chriſoſtomus

Amen amen dico tibi
Cum eſſes iunior· cin=
gebas te· et ambula=
bas vbi volebas· Cum
autem ſenueris· exten=
des manus tuas et ali
us te cinget et ducet
quo tu non vis· Hoc
autem dixit ſignificans
qua morte clarificatu
rus eſſet deum·

Cum dixiſſet petro
dominus de amore
quem habebat ad ip
ſum· prenunciat ei
martirium quod pro
ipſo debebat ſuſti=
nere· erudire nos vo
lens quoniam eum
amare oportet· Un
de dicit· Amen amen
dico tibi· Cum eſſes
iunior· cingebas te
et ambulabas vbi
volebas· Meminit
enim prioris vite
quia in ſecularibus
iuuenis quidem vtilis eſt qui vero ſenuerit· inutilis
In diuinis autem non ita eſt ſed cum ſuperuenerit
ſenectus tunc virtus clarior· tunc virilitas indu=
ſtrior· in nullo ab etate prohibita· Quia ergo pe=
trus ſemper volebat in periculis eſſe cum xpo· di=
cit ei· Confide· ita implebo tuum deſiderium· ut que
paſſus non es iuuenis exiſtens· oporteat te pati ſe
nem· Unde ſequitur· Cum autem ſenueris· Per quod
oſtenditur quod neque tunc iuuenis erat neque ſenex· ſed
vir perfectus· Origenes ſuper matheum· Et
attende quod non facile inuenitur quis ex eis qui ap=
te fuerint ad hoc opus ut cito tranſeat de hac vi=
ta· Unde nunc petro dicitur· cum ſenueris· exten=
des manus tuas· Auguſtinus· Hoc eſt cruci=
figeris· Ad hoc autem ut venias· alius te cinget
et ducet quo tu non vis· Prius dixit quod fieret·
et deinde quomodo fieret· Non enim crucifixus· ſed
crucifigendus quo nollet eſt ductus· Solutus quip
pe a corpore eſſe volebat cum xpo· ſed ſi fieri poſ=
ſet preter mortis moleſtiam vitam concupiſcebat
eternam ad quam moleſtiam nolens venit· ſed vo
lens eam vicit et reliquit hunc infirmitatis affe=
ctum quo nemo vult mori vſque adeo naturalem ut
eum beato petro nec ſenectus auferre potuerit· Sed
moleſtia quantacumque ſit mortis· debet eam vince
re vis amoris· quo amatur ille qui cum ſit vita no
ſtra· eciam mortem voluit ferre pro nobis· Nam ſi
nulla eſſet mortis vel parua moleſtia· non eſſet tam
magna martirij gloria· Chriſoſtomus· Dicit
ergo quo non vis· propter naturalem compaſſio
nem anime que in vita ſeparatur a corpore deo hoc

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vtiliter diſpenſate ut non multi ſibi mortem infe-
rant violentam· Deinde erigēs auditorem euange
liſta induxit· Hoc autem dixit ſignificans qua mor
te clarificaturus eſſet deum· Non dixit· moriturus
eſſet ut diſcas quoniaȝ pati pro xp̄o gloria eſt pa
cientis et honor· Niſi autem certificaretur animus
quia vere deus eſt inine eius intuitu mortem tol-
leraret quo fit ut ſanctorum mors diuine ſit glo-
rie certitudo· Auguſti· Hunc inuenit exitum il-
le negator et amator ut ꝓ eius nomine pfecta di-
lectione moreretur· cum quo ſe moriturum puer-
ſa feſtinacione ꝓmiſerat· Hoc enim oportebat ut p̄
us xp̄us ꝓ petri ſalute· Deinde petrus pro xp̄i p̄
dicacione moreretur·

Et cum hec dixiſſ3· di-
cit ei· Sequē me· Con
uerſus petrus vidit il-
lum diſcipulum quem
diligebat iheſus ſequē
tem qui eciam recubu-
it in cena ſuper pectus
eius· Et dixit domine
quis eſt· qui tradet te·
Hunc ergo cum vidiſ
ſet petrus· dixit iheſu
domine· hic autem q̇d
dicit ei iheſus· Sic eū
volo manere donec ve
niaȝ· quid ad te· tu me
ſequere· Exijt ergo ſer
mo iſte inter fratres·
quia diſcipulus ille nō
moritur· Et non dixit
iheſus nō moritur· ſed
ſic euȝ volo manere do
nec veniaȝ quid ad te·

Aug9· Cum
prenūciaſſ3 dn̄s pe
tro qua morte clari
ficaturus eſſet eum·
inuitat euȝ ad ſui ſe
quelam· Vnde dicitū
Et cum hoc dixiſſet·
dicit ei· Sequē me·
Cur dicitur petro·
Sequere me· nec di
citur ceteris qui ſi-
mul aderant· qui eū
ſicut magiſtrum di-
ſcipuli ſequebantur
Sed ſi ad paſſioneȝ
intelligendum eſt·
nunquid ſolus pro
xp̄iana veritate paſ
ſus eſt petrus· Non
ne ibi erat jacobus
qui ab herode ma-
nifeſtatur· occiſus·
Verum aliquis dix-
erit· qm̄ non eſt ja-
cobus crucifixus me
rito dictum eſſe pe-
tro ſequere me· qui
non ſolum mortem·
ſed et mortem cru-
cis ſicut xp̄us exper
tus eſt Theophi
lus· Audiens autem
petrus q᷑ mortē ꝓ xp̄o paſſurus eſt· q̄rit de johā
ne an moriatur· Vnde ſequitur· Conuerſus petr9
vidit illuȝ diſcipulum queȝ diligebat iheſus ſequē
tem· qui recubuit in cena ſup̄ pectus eius et dixit do
mine quis eſt qui tradet te· Auguſt· Seipſum
dicit diſcipulum quem diligebat jheſus· quia ipſū
pre ceteris et familiarius diligebat· ita ut in con-
uiuio ſupra pectus ſuum diſcumbere faceret· Cre-
do ut iſtius euangelij quod per eum fuerat predi-
caturus· diuinam excellenciam hoc modo alcius cō
mendaret· ſunt qui ſenſerint et hij non contempti
biles ſacri eloquij tractatores· a xp̄o johannem ꝓ
terea plus amatum· quia ab ineunte puericia· ca-
ſtiſſimus vixerit· Sequitur· Hunc ergo cum vidiſ
ſet petrus dixit jheſu· Domine hic autem quid·
Theophilus· Id eſt nunquid non moriet̄ et ipſe
ut quidam exponunt· Sequit̄· dicit ei jheſus· Sic
eum volo manere donec ego veniam· quid ad te
Auguſtinus· Et repetitum eſt· Tu me ſequere
tanq̄ ille ideo non ſequeretur· quoniam eum ma-
nere voluit· donec veniat· Quis facile aliud eſſe di
ctum credat· q̄ quod fratres crediderunt qui tunc
erant· Sequitur enim· Exijt ergo ſermo iſte inter
fratres quia diſcipulus ille non moritur· Sed hāc
opinionem johannes ipſe abſtulit ſubdens· et non
dixit jheſus non moriet̄· ſ3 ſic eum volo manere do-
nec veniam· quid ad te· Sed cui placet adhuc reſi
ſtat· et dicat verum eſſe quod ait johannes· nō di
xiſſe dominum q̄ diſcipulus ille non moritur· ſed ꝫ
tamen ſignificatum eſſe talibus verbis· qualia euȝ
dixiſſe narrauit· Theophilus· Vel dicet xp̄us n̄
negauit johannem moriturum· Nam quicquid ori
tur· moritur· ſed dixit volo eum manere id eſt viue
re vſq3 ad mundi finem· et tunc pro me paciet̄ mar
tirium· et ideo fatentur adhuc illum viuere· ab an
tixp̄o vero debere occidi· vna cum helia predica-
turum nomen xp̄i· Sed et ſi aſſignetur eius ſepul-
chrum· viuens quideȝ illud intrauit· poſtea diſceſ
ſit· Auguſtinus· Vel forte aliquis in illo ſepul
chro eius quod eſt apud epheſum· dormire pocius
eum q̄ mortuum iacere contendet· aſſumens argu
mentum q̄ illic terra ſenſim ſcaturire et quaſi ebuli
re phibetur· atq3 hoc eius anhelitu fieri ptinacit̄
aſſeuerans· Sed cur eius diſcipulo quem p̄ ceteris
diligebat· pro magno munere longum in corpore
donauerit ſomnū· cum beatum petrum p ingentem
martirij gloriam ab onere corporis abſoluerit· eiſ-
q3 conceſſerit· quod paulus ſe concupiſcere dixit·
cupio diſſolui et eſſe cum xp̄o· Si autem vere ibi
quod ſemper ſparſit fama· aut ideo fit· ut eo modo
commendetur precioſa mors eius· quoniam non eam
commendat martirium· aut propter aliquid aliud
quod nos latet· manet tamē queſtio cur dixerit do
minus de homine morituro· ſic eū volo manere· do
nec veniam· Illud eciam mouet ad querenduȝ cur
johannem plus dilexerit dominus· cum ipſuȝ domi
num plus dilexerit petrus· quantuȝ ipſe ſapio me
lior eſt qui plus diligit chriſtum feliciorem ve-
ro quem plus diligit xp̄us facile reſponderim ſi iu
ſticiam liberatoris noſtri quemadmodū defendereȝ
ꝓuiderem· Aggrediar igitur de ſoluenda queſti
one tam ingenti· duas vitas ſibi diuinitus predi-
catas· nouit eccleſia· quarum vna eſt in fide· alte-
ra in ſpe· Iſta ſignificata eſt p apoſtolum petrum·
propter apoſtolatus ſui primatum illa p johannē
ideo huic dicitur· ſequere me p imitacionem· ſ· p-
ferendi temporalia mala· de illo vero dicit̄· ſic euȝ
volo manere· donec veniam· quaſi diceret· tu me ſe
quere p imitacionem pferendi temporalia mala·
Ille maneat donec ſempiterna veniens reddituro bo
na quod apcius dici poteſt· perfecta me ſequatur
actio informata mee paſſionis exemplo· Inchoa-
ta vero contemplacio maneat donec veniens· perfici
enda cum venero quod non ſic intelligenduȝ eſt q̄
ſi dixerit remanere vel permanere· ſed expectare·
quoniam quod per eum ſignificatur· cum venerit
xp̄us implebitur· in hac autem actiua vita quan-
tomagis xp̄m diligimus· tanto facilius liberam̄
a malo· At ipſe nos minus diligit quales nos ſum9·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et hinc ideo liberat· ne ſemꝑ tales ſimus· ibi vero
amplius nos diligit quoniam quod ei diſplicea t·
et quod a nobis auferat· non habebimus· amet er-
go eum petrus ut ab iſta mortalitate liberemur a
metur ab eo johannes· ut in illa immortalitate ſer
uemur· cur ergo johannes minus euꝫ diligebat· ꝙ
petrus· ſi eam vitam ſignificabat in qua eſt mul-
to amplius diligendus niſi quia propterea dictuꝫ
eſt· volo eum manere id eſt expectare· donec veni-
am· quando et ipſum amorem qui tūc multo ampli
or erit· nondum habemus· ſed expectamus futurū
ut dum ipſe venerit habeamus hoc ergo ꝑ petruꝫ
ſignificatum eſt plus amantem ſed minus amatum
quia minus nos amat xp̄us miſeros ꝙ beatos veri
tatis autem contemplacionem qualis tunc futura
eſt· minus amamus· quia nunc nondum nouimꝰ nec
habemus· Nemo tamen iſtos inſigneſ apoſtolos ſe
peret et in eo quod ſignificabat petrꝰ ambo erāt
et in eo quod ſignificabat johannes ambo futuri e
rant· Glo· Vel aliť ſic eum volo manere· i· nolo
eum per martirium conſumare· ſed expectare eum
in placidam abſolucionem carnis ſue· quando ego
veniens recipiam eum in eterna beatitudine·

Theophilus· Vel aliter totum· in hoc ꝙ dicit
dominus petro ſequere me cunctorum fidelium ꝑ
laturam ei inſtituit · Simul autem et ſequi intelli-
gas hic imitacionem in cunctis et verbis et operi
bus· oſtendit eciam affectioneꝫ ad ipſum· quia qui
nobis aſtrictiores ſunt· hos ſequi nos volumus

Chriſoſtomꝰ· Si vero dixerit quis qualiter
igitur iacobus thronū aſſumpſit· jheroſolimorum·
illud vtiqꝫ dicam quoniam petrus orbis terrarū
inthroniſauit magiſtrum · Sequitur · Conuerſus
petrus vidit illum diſcipulum ꝛc̄ · Non ſine cauſa
recolit illam accubacionem· ſed ut oſtendat quan-
tam petrus habebat fiduciam poſt negacionem ·
Qui enim in cena non audebat interrogare· ſꝫ jo-
hanni interrogacionem commiſit· huic prepoſitu
ra fratrum credita eſt· et non ſolum non committit
alteri interrogare que ad ipſum pertinent· ſed de
reliquo ipſe pro alijs magiſtrū interrogat· Quia
igitur magna ei predixerat dominus et orbem ter
rarum commiſerat· et martirium ꝓnunciauerat· et
amorem proteſtatus fuerat ampliorem volens et
johannem communicatorem accipere· dixit· Hic au
tem quid· quaſi diceret· nonne eadem nobiſcum ve
niet via· Valde enim johannem amabat petrus· q
per euangelium oſtenditur eorum colligacio· et in
actibus apoſtolorum· Sic igitur nunc vicem red-
dit petrus johanni· Eſtimans enim eum velle int-
rogare de ſeipſo et non audere· ipſe ꝓ eo ſuſcipit
interrogacionem· Quia vero debebant orbis ter-
rarum ꝓcuracionē accipere nec oportebat eos de
reliquo ſibiinuicem eſſe coniunctos· quod eſſet dā
num orbi terrarum· ꝓpterea dn̄s dicit ſecunduꝫ lit
teram grecam· Sic eum volo manere donec veniā
quid ad te· tu me ſequere· quaſi dicēt· opus tibi cō
miſſum attende· et perfice hūc vero ſi voluero ma
nere hic· quid ad te· Theophiluſ· Quid vero di
citur· cum venero· quidam ſic intellexerūt· ac ſi di
ceret quouſqꝫ contra iudeos qui me crucifixerunt·
veniam· percuciens illos baculo romanorū· Aiūt
enim hunc apoſtoſtolum vſqꝫ ad veſpaſiani tem-
pus cum jheruſalem capienda erat in locis illis cō
uerſatum· Vel dicit dum venero· i· dum hunc vo-
lens dirigam ad predicandum· te namqꝫ nunc diri
go ad orbis pontificatum· et in hoc ſequere me·
Ipſe vero manet· hic donec et eum educam ſicut
te· Chriſoſtomus· Deinde euangeliſta diſcipu-
lorū opinionē ponit· et corrigit· ut ſuꝑ dictū eſt·

Hic eſt diſcipulus ille
qui teſtimoniuꝫ perhi
bet de his· et ſcripſit
hec· Et ſcimus quia te
ſtimonium eius verum
eſt · Sunt autem et a-
lia multa que fecit jhe
ſus· que ſi ſcribanť per
ſingula· nec ipſum ar-
bitror mundum cape-
re eoſ q̊ ſcribendi ſunt
libros·

Chriſo · Quia ex
multa ćtitudīe ſcrip
ſit johanneſ· non re
fugiat ſuiipſius· te-
ſtimonium in medi-
um ferre · Vnde di-
cit hic eſt diſcipulꝰ
ille qui teſtimoniuꝫ
perhibet · de his ·
Conſuetudo enim ē
cum valde vera di-
camus· noſtrum te-
ſtimonium non dene
gare· et multom agͤ
ille qui ſpirituſan-
cto· ſcribebat· Vn-
de et alij apoſtoli di
cebant· nos ſumꝰ te
ſtes horum· Sequiť· Et ſcribebat h̄· q̊d ipſe ſolus
dicit qꝛ poſterior ad ſcribend̊ venit xp̄o monente·
Vnd̊ et frequenť oſtendit xp̄i ad ſe amorem· occul
te inſinuans cauſam ex q̄ ad ſcribendum proceſſit·
et fide dignum faciens hunc ſermonem ex ſua dig
nitate· ſequitur· Et ſciebat qꝛ verum eſt teſtimoni
um eius· Omnibus· n· aderat· et neqꝫ cuꝫ crucifige
retur· defuit· et mater ei commiſſa ē· que ſūt ſigna
amoris· et ꝙ cum certitudine ſciat omnia· Et ſi ali-
q̄ non credant· inducuntur ad credendum ex hoc ꝙ
ſubditur· ſunt autem et alia multa que fecit jheſus
Vnde manifeſtuꝫ eſt ꝙ nequaꝙ̄ ſcripſi ut xp̄o gra
ciam preſtarem· cum tot exiſtentibus· nō tot ſcrip
ſerim quot ceteri· ſed horum plura reliqui contu
melias et conuicia in medium ꝓponens· Cum auteꝫ
qui ad gloriam alterius ſcribit oportet econtra-
rio ea que ſunt exprobabiliora tacere· q̄ vero ſunt
clara proponere. Auguſtinus· Quod autem
ſubdit· Que ſi ſcri· per ſin· nec ipſum arbi· mund̊ ca-
pere eos qui ſcribendi ſunt libros· Non ſpacio lo-
corum credendum eſt mund̊ capere non poſſe· ſꝫ ca
pacitate legencium comprehendi non poſſe· q̄uis
ſalua rerum fide plerumqꝫ verba excedere videan
tur fidem quod non fit quando aliquid q̊d erat ob
ſcurum vel dubium exponitur ſed quando id quod
apertum eſt vel augetur· vel extenuať nec tamē a
tramite ſignificande veritatis errať quoniam ſic
verba rem que indicatur excedunt· ut voluntas lo
quentis nec fallentis appareat· hūc loquendi mo
dum greco nomine hyperbolem vocant qui modꝰ
ſicut in hoc loco ita in nonnullis alijs diuinis litte-
ris inueniť· Chriſo· Vel hoc referend̊ eſt ad eiꝰ
potenciam qui faciebat virtutem· ſicut enim nobis
facile eſt loqui· ita et illi et multo faciliꝰ facere q̄
volebat· qꝛ ipſe ē ſuꝑ oīa deꝰ benedictus in ſecula
ſeculorum· AMEN·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Dominica tercia in aduentu·
Miſerunt iudei ab iheroſ· ·i·
In natiuitate domini noſtri iheſu xp̄i
In principio erat verbum· ·i·
In feſto ſancti johannis euangeliſte·
Dixit iheſus petro ſequere ·vlt·
In octaua epiphanie
Vidit johannes iheſum ·i·
Dominica prima poſt octaua epipha·
Nupcie facte ſunt ·ij·
Feria ſexta poſt dominicam primam in q̄drag·
Erat dies feſtus iudeorum ·v·
Feria ſecunda poſt dominicam·ij·in·xl·
Dixit iheſus turbis iudeorum ego ·viij·
Feria ſexta poſt dominicam terciam in·xl·
Venit iheſus in ciuitatem ſamarie ·iiij·
Sabbato poſt eandem
Perrexit iheſus in montem oliueti ·viij·
Dominica quarta in quadrageſima
Abijt iheſus tranſmare ·vj·
Feria ſecunda poſt eandem
Erat paſcha iudeorum ·ij·
Feria tercia poſt eandem
Jam die feſto mediante ·vi·
Feria quarta poſt eandem
Preteriens iheſus vidit hō·ce·a na ·ix·
Feria ſexta poſt eandem
Erat quidam languens ·xi·
Sabbato poſt eandem
Dicebat iheſus turbis iudeorum ·viij·
Dominica in paſſione
Dicebat iheſus turbis quis ex vo· ·viij·
Feria ſecunda
Miſerunt principes et phariſei ·vij·
Feria tercia
Ambulabat iheſus in galileam· ·vij·
Feria quarta·
Facta ſunt encenea ieroſoli· ·x·
Feria ſexta
Collegerunt ergo conſilium ·xi·
Sabbato
Cogitauerunt autem principes ·xij·
Feria ſecunda poſt dominicam in ramis
Ante ſex dies paſche ·xij·
Feria quinta in cena domini
Ante diem feſtū paſche ·xiij·
Feria ſexta in paraſceue
Egreſſus iheſus cum ·xviij·
Feria quarta poſt dominicam reſurre·
Manifeſtauit ſe iheſus ·xx·
Feria quinta poſt eandem
Maria ſtabat ·xx·
Sabbato poſt eandem
Vna ſabbati maria mag· ·xx·
Dominica prima poſt paſche
Cum ſero eſſet ·xx·
Dominica ſecunda
Ego ſum paſtor bonus ·x·
Dominica tercia
Modicum et iam non ·xvi·
Dominica quarta
Vado ad eum qui mi· ·xvi·
Dominica quinta
Amen dico vobis ſi quid pecie· ·xvi·
Dominica poſt aſcenſionem
Cum venerit para· ·xvi·
In penthecoſt·
Si quis diligit me ·xiiij·
Dominica viceſima poſt penthe·
Erat quidam regulus ·iiij·
In feſto ſancti thome apoſto·
Thomas vnus de·xij· ·xx·
In feſto apoſto·philip·et ja·
Non turbetur cor veſtrum ·xiiij·
In inuencione ſancte crucis
Erat homo ex phariſeis ·iij·
In feſto ſancti laurencij mar·
Niſi granum frumenti ·xij·
In exaltacione ſancte crucis
Nunc iudicium eſt· ·xij·
In vigilia ſancti andree
Stabat johan·et ex diſ·eius duo ·i·
Thome martiris
Ego ſum paſtor bonus ·x·
In vigilia apoſto·pe·et pau·
Dixit iheſus ſymoni petro ·xxi·
In vigilia vnius apoſtoli
Hoc eſt preceptum meum ·xv·
Ego ſum vitis vera ·xv·
Hec mando vobis ·xv·
In natali vnius mar·
Niſi granum frumenti ·xij·
A paſcha vſq3 penthe·
Ego ſum vitis et vos palmites ·xv·
De ſpirituſancto
Si quis diligit me ·xiiij·
De trinitate
Cum venerit paraclitus ·xv·
Ad miſſam beate virginis
Stabat iuxta crucem ·xix·
In agenda mortuorum
Dixit martha ad iheſum ·xi·
Omne quod dat mihi pater ·vi·
Amen amen dico vo·quia venit hora ·v·
Ego ſum panis viuus ·vi·
In vigilia aſcenſionis
Subleuatis oculis in celum ·xvij·
In vigilia penthe·
Si diligitis me mandata mea ſer· ·xiiij·
Feria ſecunda

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sic deus dilexit mundum ·iij·
Feria tercia
Amen amen dico vobis qui non intrat ·x·
Feria quarta
Nemo poteſt venire ad me ·vi·
In die corporis xpi
Caro mea vere eſt cibus· ·vi·

Beati thome de Aquino· Gloſa continua ſup quatuor Euangeliſtas feliciter finit· Anno dñi· Mill'· CCCC· Lxxvj·

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ליל שימורים מלכיתך ראו בניך חזקיים
נפתח שבחך בלשון עתיד ונסתיים
כמו לימין משה בוקע ים. והנות ידו על הנהר
בעיים

ויה יעיר ישועתנו פעו פה ויאמרו
יי ימלוך לעולם ועד וכי פדה יי את יעקב וגאלו
מיד חזק ממנו

ליל שימורים עטור פיליאי ערקך כצבא
ראות קרבתך לי טוב ישועת הבאות
שתי בך מחסי במלאכות הנבאות מלך ישר
ישראל יי צבאות

כי א יי גאל ישר השכיבנו עד סוכת שלומך עיזר

אור יום הנה ספירה הוכשרה בנגהו
לעיון נרחה קרוא דרושה
עלית גוהים מניין מפואר כרך מחמד לב וגיהו
משכנו עליון בעשר מעלות קודש גבוהים
גיל לבנות לבנין המלבן נינוהים שלוחים נבכרו
מדבר בך עיר האלהים דרישות לדרוש
בשיכנך מקום כיפור שליים מלולי עיון מבקשי
תפקידם הרס מבשולים המון חוגג עלות יראה
היתר שלשליים עת כי בא לחנכה כלי רישולים
ומהקריב לה ביכורי עריה להקריב בטוהר שולי

יציץ לא למיעט יתר שאת מוער
יפרח ליווי מער בתפוח בעצי היער
כתרי מהכשר זיין הרבני מלא עין
כתב ראייה ומניין הביאני אל בית היין
בילפל ערני מתשישות יסרני קשות מיקדשי
בירנתי חולת חששות סמכוני באשישות
לא דרך כהפלישי גם עייה כהפרישי
למסך ופנני טרשי שמאלו תחת לראשי
לב אחר ישכם דאים כעב למושכם
לאמירים יחפוץ בסכם השבעתי אתכם
מבור תחתית רידודי לחץ עקרבי גדודי
מיהר קידר מדודי קול דודי
מבית חומר קעבי בית חיים נעבי
מיעפי מיעפי מעבי דומה דודי לצבי
נחלה שפרה לי תקות שילוש גורלי
נעימות במר לי ענה דודי ואמר לי
נם תתי סבר ורק אין דבר
ניסו נדרו כבר כי הנה הסתיו עבר
כרסור זירוו מירץ ראש פירוז הרץ
סלול שלום ותרץ הניצנים נראו בארץ
ספק עתיק מפיגיה הפק ממתיק [illegible]

M. Theol. u. Lit. 24

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

סלית סולת ספי גוהר
עקלתון נושת קולע
ערב שילשיל בהקלע
עריום עב עילים
עינך לא מעלים
פתיצול ועגיל ברלי
פנים בפנים השדילי
פועל כם תפוח
פקיד דר טפוח
עימעם שכני מרכבי
עיפיתי פה עיכובי
עבי קודש מינה
עיון ראש אמנה
הרעתי דעדי באומרים
הלקלתי שמרים שמנים
קניין כי שברתי
קדשו לולי חוברתי
רשם איסר בעבאותיכם
ריחוק דיחוק אותכם
ריש גלי בהעלה
רגשו רעי עולה

התאינה חנטה פגיה
יפיתים מכשת נעלע
זימתי בחגוי הסלע
מהו זהו שעולים
אחזו לנו שועלים
עינוק פינוק הדלי
דודי לי
שבה לא קפוח
עד שיפוח
יום חינוך ברכובי
על משכבי
מקום מבחר אמנה
אחותנו קטנה
טפתי נפתי במורים
מצאוני השומרים
וטוב לא סיברתי
כמעט שעברתי
כי עזה חיל איילותבי
השבעתי אתכם
יונה תמה עולה
מי זאת עולה

לש פענח עפנת מעבריו סודו אל עבדיו כלחפ
לש עפית סידר וארוחה והנעיר שלוחה כלחפ
לש עמית בו בליל קודש ייי תהלל כלחפ
לש קומית תמר הועלה ההכיב אשר במעלה כלחפ
לש קומץ השביע לשנה יתן לידידו שינה כלחפ
לש רוחי חופשה למללה אזכרה נגינתי בלילה כלחפ
לש רית והעלה עמדה בלילה ההוא נדדה כלחפ
לש שמע מצרים לנצור יחילו כשמע צור כלחפ
לש שמור לנקמה נטורה על צור המעטירה כלחפ
לש תבוע מספר התורה אחת מהנה לא נעדרה כלחפ
לש תיכנו לישעונם צדקו ישר יכנם כלחפ
לש מאמרי ירנה לשעות מקדם פעל ישועות כלחפ
לש אז בהנחר שלוחים הודיעו לך אלהים כלחפ
לש ישע לנו תחדה ושמך לעולם נודה כלחפ
לש רנן השיר בחדשך להודות לשם קדשך
לדוד שימורים
טכס פליאותיך משירי הוראות נתיחדת
לחסד ובלילה לשיר נועדתה כלוליך או באמונה
ריחך היסדתה מפי עוללים ויונקים עוז ייסדתה
בנ״לה בריה כשמחה רבה ואמרו כולם מי כמוך באלים
מלכותך ראו ב״ע לפני משה

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf